הלכה ב אמר רבי יהושע בן חנניה כל ימים של שמחת בית השואבה לא היו טועמין טעה שינה כל עיקר בתחילה היו הולכין להקריב תמיד של שחר משם היו הולכין להקריב את המוספין ומשם היו הולכין להקריב נדרים ונדבות ומשם היו הולכין לאכול ולשתות ומשם היו הולכין לתלמוד תורה ומשם היו הולכין להקריב תמיד של בין הערבים ומשם היו הולכין לשמחת בית השואבה. והא תני שבועה שלא אישן שלשה ימים מלקין אותו וישן מיד · מתנמנמין היו · ומתקנין שם תיקון גדול · מה תיקון היו עושין שם · שהיו הנשים מעמידין האנשים בפני עצמן והנשים בפני עצמן · כהיא דתנינן תמן וחלקה היתה בראשונה והקיפוה בצוצטרה שהנשים רואות מלמעלן והאנשים מלמטן כדי שלא יהו מעורבין · ממי למדו מדבר תורה · וספדה הארץ משפחות משפחות לבד · תרין אמורין חד אמר זה הספידו של משיח · וחורנה אמר זה הספידו של יצר הרע · מאן דאמר זה הספידו של משיח · מה אם בשטה שהן אבילין את אמר האנשים בפני עצמן והנשים בפני עצמן · בשעה שהן שמחים לא כל שכן · מאן דאמר זה הספידו של יצר הרע · מה אם בשעה שאין יצר הרע קיים את אמר האנשים בפני עצמן והנשים בפני עצמן · בשעה שיצר הרע קיים לא כל שכן · ומנורות של זהב היו שם · בר קפרא אמר וגובהן מאה אמ״ה · והא תני כל דתלי מאה אמין בעי בסיס תלתין ותלת. סולמא מיכא תלתן ותלת · וסולמא מיכא תלתין ותלת · והתני כל העזרה לא היתה אלא אורך מאה ושמנים ושבע על רוחב מאה ושלשים וחמש · אשכח תני מקומן מעשה ניסים היו · מה ביד כולהם מאה ועשרים לוג. או ביד כל אחד ואחד מאה ועשרים לוג ·

הלכה ג תני מבלאי מכנסי כהן גדול היו מדליקין את הנירות שבפנים · ומבלאי מכנסי כהן הדיוט היו מדליקין את הנירות שבחוץ · אמר רבי שמואל בר

Tum abſciſſum eſt cornu Iſrael, & non reſtituetur in locum ſuum, niſi quando venerit filius David.

Conſtitutio II. R. Jehoſua ben Chananjah: Cunctis diebus lætitiæ domus hauſtionis omnino non dormiebant: In principio ibant ad offerendum ſacrificium juge matutinum, inde ad offerendum ſacrificia addititia, hinc ad offerendum ſacrificia votiva, & ſpontanea, inde ad comedendum, & bibendum, hinc ad diſcendam legem, & hinc ad offerendum ſacrificium juge veſpertinum; & inde ad lætitiam domus hauſtionis: Atqui extat traditio: Siquis dicat: Juramentum, quod non dormiam tribus diebus; Ipſum verberant; & ſtatim dormiet: Suffragia dederunt, & conſtituerunt conſtitutionem magnam: Quam conſtitutionem ibi fecerunt? Sc. ſtatuerunt viros ſeorſim, & ſeorſim fœminas: Sicut ibi legitimus: In principio erat læve, & circumdederunt tabulato, ut fœminæ in ſuperiori parte inſpicerent, & in inferiori viri, ne commiſcerentur. Unde addiſcimus? ea lege. Dictum eſt enim: *Et planget terra; familiæ, & familiæ ſeorſim:* Duo dicunt; alter dicit: Hic eſt planctus Meſſiæ; & alter dicit: Hic eſt planctus concupiſcentiæ malæ: Qui dicit: Hic eſt planctus Meſſiæ; Si in ſerie lugentium, tu dicis, quod viri conſiſtant ſeorſim, & fœminæ ſeorſim, in tempore, quo lætantur, nonne multo magis? Qui dicit: Hic eſt planctus concupiſcentiæ malæ; Si quando non excitatur concupiſcentia mala, tu dicis: Viri conſiſtunt ſeorſim, & fœminæ ſeorſim, quando excitatur concupiſcentia mala, nonne multo magis? Et candelabra aurea ibi erant: Bar Kaphra dicit: Eorum altitudo erat centum cubitorum. Atqui extat traditio: Omne quod emineat in altitudinem centum cubitorum, habebit baſim trium & triginta cubitorum; & ſcala hinc aderat trium & triginta cubitorum, & illinc ſcala trium, & triginta cubitorum: Atqui extat traditio: Longitudo atrii non erat niſi centum, & octoginta ſeptem cubitorum ad latitudinem centum & triginta trium cubitorum; Deprehenditur, quod docet, quod eorum ſitus eſſet opus muraculi: Quid? Num in manibus omnium centum & viginti logi, an in manu ſingulorum centum & viginti logi?

Conſtitutio III. Traditio: Veteramentis femoralium ſummi ſacerdotis accendebant lucernas interiores, & veteramentis femoralium ſacerdotis vulgaris accendebant lucernas exteriores. Dicit R. Samuel bar Rabi Iſaach: Scriptum eſt:

רב יצחק כתיב להעלות נר תמיד . שיערו לומר אי לך עושה שלהבת אלא פשתן בלבד . מהו מפקיעין . תירגם רבי חגיי קומי רבי יוסה מפשילים . תני לא היה חצר בירושלם שלא היתה מאירה מאור בית השואבה . תני יכולה אשה לבור חיטיה לאור המערכה . ולא היו מועלות. לאו . דאמר רבי יהושע בן לוי הריח והמראה והקול אין בהן מעילה . ששה קולות היו נשמעים מיריחו . מיריחו היו שומעין קול שער הגדול שנפתח . מיריחו היו שומעין קול המגריפה מיריחו היו שומעין קול העץ שעשה בן קטין מוכני לכיור . מיריחו היו שומעים קול גביני כרוז . מיריחו היו שומעין קול החליל. מיריחו היו שומעין קול הצילצל . ויש אומרים אף קולו של כהן גדול בשעה שהוא מזכיר את השם ביום הכיפורים . מיריחו היו מריחין ריח פיטום הקטורת . אמר רבי לעזר בן דלגיי עזים היו לבית אבא בהרי אכוור והיו מתעטשות מריח פיטום הקטורת.

הלכה ד החסידים ואנשי המעשה

יש מהן שהיו אומרים אשריך ילדותי שלא ביישת את זקנותי אילו אנשי מעשה. ויש מהן אומרים אשריך זקנותי שכיפרת על ילדותי אילו בעלי תשובה . אילו ואילו היו היו אומרים אשרי מי שלא חטא ומי שחטא יימחל לו . הלל הזקן כד הוה חמי לון עברין בפחז הוה אמר לון דאנן הכא מאן הכא . ולקילוסן הוא צריך . והכתיב אלף אלפין ישמשוניה וריבוא ריבוון קדמוהי יקומון . כד הוה חמי לון עבדין בכושר הוה אמר די לא נן הכא מאן הכא שאף על פי שיש לפניו כמה קילוסין חביב הוא קילוסן של ישראל יותר מכל . מה טעמא ונעים זמירות ישראל : יושב תהילות ישראל . בן יהוצדק היה משתבח בקפיצותיו . אמרו עליו על רבן שמעון בן גמליאל שהיה מרקד בשמונה אבוקות של זהב ולא היה אחד מהן נוגע בחברו . וכשהיה כורע היה נועץ גודלו בארץ וכורע ומיד היה נזקף . איזו היא כריעה . ואיזו היא בריכה . רבי חייה רבה הראה כריעה לפני רבי ונפסח ונתרפא .

est : *Ad elevandum lucernam jugiter*. Putant dicendum , quod nulla ſit tibi res , quæ faciat flammam , niſi linum duntaxat : Quid מפקיעין ? Interpretatus eſt R. Haggæus coram R. Joſe, ſuſpenſoria. Traditio : Non erat atrium Hieroſolymæ, quod non illuminaretur luce domus hauſtionis. Traditio : Poterat mulier ſecernere tritica ad lucem ſtruis : Nonne prævaricabantur ? Minime : Etenim dicit R. Jehoſua ben Levi : In olfactu , in luce , & in voce non eſt prævaricatio. Quia voces audiebantur: Ab Hiericho audiebant ſtrepitum portæ magnæ, quando aperiebatur : Ab Hierico audiebant ſtrepitum machinæ ligneæ quam fecit ben Katin labro . Ab Hiericho audiebant vocem Gabini præconis . Ab Hiericho audiebant ſonitum tibiæ ; Ab Hiericho audiebant ſonitum organi . Et nonnulli dicunt . Etiam vocem ſummi ſacerdotis , quando memorabat nomen ineffabile in die expiationum: Ab Hiericho olfaciebant odorem compoſitionis ſuffitus. Dicit R. Elieſer ben Dalgai: Capræ erant familiæ patris mei in montibus Michnai , & ſternutabant ex odore compoſitionis ſuffitus .

Conſtitutio IV. Viri pii, & operibus præſtantes : Ex iis nonnulli dicebant : Benedicta ſit juventus mea , quæ pudore non ſuffudit ſenectutem meam ; Iſti erant viri operibus præſtantes ; & alii dicebant: Benedicta ſit ſenectus mea , quæ expiat juventutem meam; & iſti erant pœnitentes ; Et utrique dicebant : Beatus, qui non peccavit , & qui peccavit , illi ignoſcatur. Hillel ſenior, quando videbat illos , quod tranſirent exſilientes ; dicebat illis : Nos ita , & illi ita : Et laudem noſtram ille requirit. Atqui ſcriptum eſt : *Mille millium miniſtrant illi , & myriades myriadum coram illo ſtant* . Quando videbat illos facientes rectum ; dicebat illis ; ſatis eſt nobis hic ; quis eſt hic ? Licet ſint coram eo innumeri , qui laudent , tamen præ omnibus eſt amabilior laudatio Iſrael: Qua de cauſa? Quia dictum ev : *Egregius Pſaltes Dei Iſrael* . Sedebat in principio Iſrael: Ben Joſadech celebrabatur in ſaltationibus ſuis. Dixerunt : Raban Simeon ben Gamaliel ſaltabat cum octo facibus aureis, & ex iis altera alteram non tangebat, & quando ſe incurvabat, infigebat in terra pollicem ſuum, & ſe incurvabat, & ſurgebat : Quænam erat incurvatio? Et quænam erat genuflexio? Rabi Chijah Raba vidit incurvationem coram Rabi, & tranſilit, & ſanatus eſt: Levi bar Siſai vidit genuflexionem coram Rabi, & tranſiliit, & non eſt ſana-

לוי בר סיסי הראה כריכה לפני רבי ונפסח ולא נתרפא . כתיב וישב דוד לברך את ביתו ותצא מיכל בת שאול לקראתו וגו'. מהו אחד הריקים . אמר אבא בר כהנא הריקים שבריקים זה ארביסטיס . אמרו היום נגלה כבוד בית אבא . אמרו עליו על בית שאול שלא נראה מהם לא עקב ולא גורל מימיהם. הדא הוא דכתיב ויבא אל גדרות הצאן אשר על הדרך ושם מערה . רבי אבון בשם רבי לעזר גדר לפנים מגדר היה . ויבא שאול להסך את רגליו . והוה חמי ליה משולשל ציבחר ומסליק ציבחר . משולשל ציבחר ומסליק ציבחר . אמר דוד היאך מינגע בהדין גופא צדיקא. הדא היא דו אמר ליה הנה היום הזה ראו עיניך את אשר נתנך היום בידי במערה ואמר להרגך ואחוס עליך אין כתיב כאן אלא ותחס עליך . צניעותך חסת עליך . ויאמר דוד אל מיכל לפני יהוה אשר בחר בי מאביך . ונקלותי עוד מזאת והייתי שפל בעיני ועם האמהות אשר אמרת עמם אכבדה · שאינן אמהות אלא אימהות . ומה נענשה למיכל בת שאול לא היה לה וולד עד יום מותה . והא כתיב השישי יתרעם לעגלה אשתו . שגעת כעגלה ומתה.

tus : Scriptum eſt : *Reverſuſque eſt David ut benediceret domui ſuæ ; & egreſſa eſt Michol filia Saul in occurſum ejus &c.* Quid *unus de ſcurris ?* Dicit Aba bar Channa : Scurræ inter ſcurris . Hic eſt princeps : Dixit : *Hodie revelabitur gloria domus patris mei :* Dixerunt : Super domo Saul non apparuit calx , neque pollex a diebus eorum . Hoc eſt quod ſcriptum eſt : *Et venit ad caulas ovium, quæ ſe offerebant vianti, eratque ibi ſpelunca.* R. Abon nomine R. Elieſer : Caula erat interior caula . *Quam ingreſſus eſt Saul ut purgaret ventrem .* Et ipſe illum vidit demittentem puſillum, & elevantem puſillum , demittentem puſillum , & elevantem puſillum . Quomodo ego tangam hoc corpus juſtum ? Hoc illi dixit : *Die iſto viderunt oculi tui , quod tradiderit te in manu mea in ſpelunca , & cogitavi ut occiderem te , ſed pepercit tibi oculus meus ;* Non eſt ſcriptum hoc loco , niſi ותחס *& pepercit tibi :* Modeſtia tua pepercit tibi : Dixitque David ad Michol : *Ante Dominum , qui elegit me potius , quam patrem tuum &c. Et vilior fiam pluſquam factus ſum , & ero humilis in oculis meis , & cum ancillis , de quibus locuta es, glorioſior apparebo :* Non erant ancillæ, ſed matres? Quid contigit? *Michol filiæ Saul non eſt natus filius uſque in diem mortis ſuæ . Sextus quoque Jethram de Ela uxore ejus :* Quod mugiit ſicut vitula , & mortua eſt.

הלכה ה תירגם רב קומי דבית רבי שילה קרא גברא . אכריז כרוזא. אמרון ליה קרא תרנגלא . אמר לון והא תנינן בן גבר. אית לך מימר בר תרנגלא· רבי ירמיה בעי עשירית מלמעלן עשירית מלמטן . אמר רבי חייה בר בא והמה משתחוים אין כתיב כאן אלא והמה משתחויתם שהיו משתחוים לחמה ומשתחוים להיכל . אמר רבי אבא בר כהנא כי שתים רעות עשה עמי . וכי שתים רעות עשה עמי הא וותרה לאלף . אלא שהיו משתחוים לחמה ומשתחוים להיכל.

Conſtitutio V. Interpretatus eſt Rab coram familia R. Sila . Clamavit vir . Proclamavit præco . Dicunt illi : Cantavit gallus : Reſpondit illis . Atqui legimus : Ben Ghebar : non potes dicere : Filius galli . R. Hieremias vult decimum gradum ſuperiorem , & decimum inferiorem : Dicit R. Chijah bar Ba : Et illi incurvabunt ſe ; Non eſt ſcriptum hoc loco niſi : Et illi incurvabant ſe coram ſole , & incurvabant ſe coram templo . Dicit R. Acha bar Channa : *Duo mala fecit populus meus .* Num duo tantum mala fecit populus meus ? Ecce pluſquam mille . Et ſe incurvabant coram ſole , & ſe incurvabant coram templo .

הלכה ו תני אין פחות משבע ולא יותר על שש עשרה . ההן תנייא עבד תקיעה ותרועה ותקיעא חדא . וההן תנייא עביד כל חדא חדא מינהון חדא . שתמצא אומר שלש על כל מטה ומטה . רבי יהודה אימר שלש על כל דגל ודגל . ותני ותשע למעלה עשירית הא חורי .

Conſtitutio VI. Traditio : Non pauciores ſeptem , neque plures ſedecim ; at iſte doctor conſiderat buccinationem , & clangorem , & buccinationem unam ; & ille doctor ex iis ſingulas conſiderat unam ; deprehenderis quod dicas tres ad ſingulas tribus : R. Jehuda dicit : tres ad ſingula vexilla . Atqui extat traditio : Et novem ad gradum decimum : Ecce manifeſtum eſt : Qui dicit ſuper al-

מאן דאית ליה על גבי המזבח . לית ליה
למעלה עשירית . מאן דאית ליה למעלה
עשירית . לית ליה על גבי המזבח . אמר
רבי זעזרה זאת אומרת שלא היו תוקעין
אלא לניסוך המים בלבד . אין תימר
למילויין ניתני שלש למילויי המים של
יום . ושלש למילוי המים של מחר . אילין
אינין והא אית לך חורנין . תשע למוספי
שבת תשע למוספי ראש חדש . ותשע
למוספי יום טוב של ראש השנה . אלא
כמאן דאמר יתקעו . לפנים מן המוספין
יתקעו . רבנן דקיסרין בשם רבי יעקב בר
אחא ואפילו כמאן דאמר יתקעו לפנים מן
המוספין יתקעו . תקיעות היו מוסיפין לא
היו מוסיפין תקיעות . רבי חייה בר בא
אמר היא נבל היא כינור נימין יתירות
בין זה לזה . אמר רבי חייה בר אבא למה
נקרא שמו נבל שהוא מלבין כמה מיני
זמר . רבי חונה בשם רב יוסף על ידי
עור שאינו עבוד ועל ידי נימין יתירות
היה מלבין כמה מיני זמר . רבי שמעון
בן לקיש אמר עונב זה ארדבלס . תני רבן
שמעון בן גמליאל לא היה ארדבליס
בירושלם מפני שהוא סורח את הנעימה .
חליל של מקדש של משה ושל קנה היה .
נשבר ותיקנוהו ולא היה קולו ערב כמות
שהיה . חזרו ונטלוהו וחזר לכמות שהיה .
צלצל של מקדש של משה היה ושל
נחושת היה נשבר ותיקנוהו ולא היה
מצלצל כמות שהיה . חזרו ונטלוהו וחזר
לכמות שהיה . מכתשת של מקדש של
משה היה ושל נחשת היה נשברה
ותיקנוה ולא היתה מפטמת כמו שהיתה .
חזרו ונטלוה וחזרה לכמות שהיתה . אילו
שני כלים שנשתברו בבניין הראשון ולא
עלתה עליהן ארוחה . עליהן הוא אומר
נחשת מרוק נחושת ממורק וכלי נחושת
מוצהב טובה שנים חמודות כזהב . תרין
אמורין חד אמר חד מינהון כתריי דדהב .
וחורנה אמר תריי מינהון כתריי דדהב .
תני רבן שמעון בן גמליאל אומר שילוח
היה מוציא מים כאיסר . אמרו נרחיבנו
וירבו מימיו . הרחיבוהו ונתמעטו מימיו .
חזרו וגדרוהו וחזר לכמות שהיה . מגריפה

altare, non putat ad gradum superiorem; qui putat ad gradum superiorem, non putat super altare. Dicit R. Zeera; hoc dicit, quod non clangerent nisi ad libationem aquarum duntaxat; Si dicas ad impletionem; assignentur tres ad impletionem aquarum hujus diei, & tres ad impletionem aquarum diei crastini: Isti sunt, & præterea sunt tibi alii. Novem ad sacrificia additia Sabbathi, novem ad sacrificia additia festi principii anni. At juxta mentem illius qui dicit: Clangent; ante sacrificia additia clangent: Sapientes Cæsarienses nomine R. Jacob bar Acha; vel juxta mentem illius, qui dicit; clangent; ante sacrificia additia clangent: Clangores addebant, & non addebant clangores. R. Chijah bar Ba dicit: Erat nablium, erat cithara; chordæ in hoc erant plures quam in illa: Dicit Rabi Chijah bar Aba: Cur vocatur ejus nomen נבל? Quia est candidum præ multis speciebus lanæ. R. Huna nomine R. Joseph, quia pellis non erat præparata, & quia chordæ erant plures, erat candidum præ multis speciebus lanæ. R. Simeon ben Lakisch dicit: Hoc עונב erat organum; Traditio Raban Simeonis ben Lakisch: Non erat organum Hierosolymæ, quia lædebat suavitatem. Tibia Mosis in sanctuario erat, & erat calamus; Cum fracta esset, eam concinnarunt; at ejus sonitus non erat dulcis, sicut antea erat; removerunt ab ea concinnationem, atque iterum facta est, sicut antea erat: Cymbalum Mosis erat in sanctuario, & æneum erat; Cum fractum esset, illud repararunt, ac cymbalum non erat, sicut erat antea; Iterum ab eo removerunt concinnationem, & factum est, sicut antea erat: Mortarium Mosis erat in sanctuario, & æneum erat; Cum fractum esset, illud concinnarunt, at ejus conditura non erat sicut antea; removerunt ab eo concinnationem, atque iterum factum est, sicut ante fuit. Ista sunt duo vasa, quæ fracta sunt in domo prima, & super ea non adscendit reparatio. Et de his dixit: *Ex ære mundissimo*: Purgatissimo: *Et vasa æris fulgentis optimi duo, pulchra ut aurum*. Duo dicunt; alter dicit; Unum ex iis, quasi duo ex auro: Et alter dicit: Duo ex iis quasi duo ex auro. Traditio: Raban Simeon ben Gamaliel dicit: Siloah emittebat aquas in quantitate assarii: Dixerunt: Dilatemus, & multiplicabuntur ejus aquæ; Postquam dilatarunt, imminutæ sunt aquæ, iterum sepierunt, & rediit ad priorem conditionem: Magrepha; Rab, & Samuel, al-

רב ושמואל . חד אמר עשרה נקבים היו
בה כל אחד ואחד היה מוציא מאה מיני
זמר . וחורנה אמר מאה נקבים היו בה כל
אחד ואחד היה מוציא עשרה מיני זמר .
מדברי שניהם היתה מוציאה אלף מיני
זמר . מוספי שבת ומוספי ראש חדש מי
קודם . רבי ירמיה סבר מימר מוספי שבת
ומוספי ראש חדש מוספי ראש חדש
קודמין . חייליה דרבי ירמיה מן הדא שירו
של שבת ושירו של ראש חדש שירו של
ראש חדש קודם . אמר רבי יוסה שנייא
דאמר רבי חייה בשם רבי יוחנן כדי
לפרסמו ולהודיע שהוא ראש חדש . כיצד
הוא עושה שוחט מוספי שבת ואומר
עליהן שירו של ראש חדש . ברם הכא
מוספי שבת ומוספי ראש חדש מוספי
שבת קודמין על שם כל התדיר מחבירו
קודם את חבירו .

הלכה ז תני כל המשמרות שהיו
במקדש היו שונות ומשלשות בפרים חוץ
משתים האחרונות שהיו שונות ולא היו
משלשות בפרים . רבי לעזר שאל מהו
להתחיל מהן לרגל הבא . אמר רבי יוסה
מתניה אמרה כן בשמיני חזרו לפיים
כרגלים . לא צורכא דילא כהדא דתני
בשם רבי נתן דתני רבי נתן שמיני לא
היה בו פייס . על דעתיה דרבי נתן מהו
להתחיל מהן לרגל הבא . אמר רבי יוחנן
ותני כן שמיני רגל בפני עצמו . פייס
בפני עצמו . ברכה בפני עצמה . קרבן בפני
עצמו . רגל דאמר רבי אבין בשם רבי
אחא כולהם כתיב וביום . וכאן כתיב ביום
ללמדך שהוא רגל בפני עצמו . פייס אמר
רבי יוסה מתניתא אמרה כן בשמיני חזרו
לפייס כרגלים . ברכה אמר אי לא זמן .
קרבן פר אחד איל אחד .

הלכה ח כתיב חלק כחלק יאכלו .
יכול אף בשאר כל ימות השנה כן .
תלמוד לומר לבד ממכריו על האבות .
חוץ ממה שמכרו אבות לבנים את שבתך
ואני שבתי . ובעצרת אומר הי לך מצה

alter dicit: Decem foramina in ea erant, & ſingula emittebant centum ſpecies melodiæ; & alter dicit: Centum foramina in ea erant, & ſingula emittebant decem ſpecies melodiæ; Ex utriuſque verbis emittebat mille ſpecies melodiæ; Si adeſſent ſacrificia addititia Sabbathi, & ſacrificia addititia novilunii, quænam præcedent? R. Hieremias putat dicendum; ſi adeſſent ſacrificia addititia Sabbathi, & ſacrificia addititia novilunii, quod ſacrificia addititia novilunii præcederent: Argumentum R. Hieremia hinc eruitur; Canticum Sabbathi, & canticum novilunii, canticum novilunii præcedit: Dicit R. Joſe: Diverſum eſt; Etenim dicit R. Chijah nomine R. Jochanan, ut fieret rei ſolennitas, & ad demonſtrandum quod eſſet novilunium. Quomodo faciet? Mactabit ſacrificia addititia Sabbathi, & dicet ſuper illis canticum novilunii. Profecto hoc loco ſacrificia addititia Sabbathi, & ſacrificia addititia novilunii; ſacrificia addititia Sabbathi præcedunt; quia quod eſt jugius altero, alterum præcedit.

Conſtitutio VII. Omnes claſſes, quæ erant in ſanctuario, erant æquales, & triplicabant in juvencis, exceptis duabus noviſſimis, quæ iterabant, at non triplicabant in juvencis. R. Elieſer quæſivit; quid? ut initium fiat ab iis in feſto futuro? Dicit R. Joſe: Miſna ita dicit: In die octavo iterum ſortiuntur, at non eſt neceſſe: Sic extat traditio nomine Rabi Nathan; Etenim docet R. Nathan: In octavo non erat ſors: Ex mente R. Nathan; quid? Num initium fiet ab iis in feſto futuro? Dicit R. Jochanan: Atqui ita extat traditio: Octavus erat dies feſtus ſeorſim, ſortitio ſeorſim, benedictio ſeorſim, & ſacrificium ſeorſim: Dies feſtus: Etenim dicit R. Abin nomine R. Acha: In omnibus ſcriptum eſt: *Et in die*. At hoc loco ſcriptum eſt: *In die*, ut doceare, quod eſſet dies feſtus ſeorſim. Sortitio ſeorſim: Dicit R. Joſe: Miſna ita dicit: Die octavo iterum ſortiebantur ſicut in feſtis. Benedictio: Dicit: Non eſt illi tempus: Sacrificium: Dictum eſt: *Juvencum unum*, *arietem unum*.

Conſtitutio VIII. Scriptum eſt: *Partem juxta partem comedent*: Crederem, vel ceteris anni diebus ita fuiſſe faciendum? Idcirco dictum eſt: *Præter conſtituta ei ſecundum patres*: Exceptis iis, quæ conſtituta ſunt a patribus filiis. Tu in tua hebdomada, & ego in mea hebdomada, & in Pentecoſte dicit: Ecce tibi azymum, ecce tibi fermentatum; eſt

הי לך חמץ . אית תניי תני הי לך חמץ הי לך מצה : מאן דאמר הי לך מצה שהוא חביב : מאן האמר הי לך חמץ שהוא תדיר . אמר רבי לוי כל המשמרות היו נתונות בדרום . אמר רבי יוסה מתניתא אמרה כן חל יום אחד להפסיק בנתיים רבי יהודה בן טיטס בשם רבי אחא קרייא מסייע להן תנייא . ועתה מה יש תחת ידך חמשה לחם תנה בידי או הנמצא . ואחימלך מן המשמר היוצא היה. הנכנסין חולקין בצפון ויוצאין בדרום. אמר רבי חנניה בריה דרבי הלל כדי לחלוק כבוד לנכנסין . אמר רבי יוסי בי רבי בון לא מטעם זה אלא בנין דתנינן כל הנכנסין להר הבית נכנסין דרך ימין ומקיפין ויוצאין דרך שמאל . בלנה לעולם חולקת בדרום מפני מרים בת בלגה שנשתמרה והלכה ונישאת לסרדיוט אחד משל מלכות בית יון . ובאה וטפחה על גגו של מזבח אמרה לו לוקוס לוקוס אתה החרבתה נכסיהן של ישראל ולא עמדת להן בשעת דוחקן . ויש אומרים על ידי שהגיע זמנה לעלות ולא עלה . ונכנס ישבב ושימש תחתיה בכהונה גדולה. לפיכך בלגה לעולם ביוצא . וישבב בנכנס. ויעקרו אותה ממקומה . לית יכיל . דאמר רבי סימון בשם רבי יהושע בן לוי קשה לפני המקום לעקור שלשלת יוחסין ממקומן . ויעשו אותן עשרים ושלש . לית יכיל . דכתיב המה יסד דוד ושמואל הרואה באמונתם . באומנותם . אומנות גדולה היתה שם שאין משמר נוטל ושונה בשדה אחוזה עד שיטול חבירו . אמר רבי אבהו הישבתים שאין משמר נוטל ושונה בשדה אחוזה עד שיטול חבירו. וטבעתה קבועה. רבי בא בשם רב יהודה טבעות עשו להן רחבות מלמעלן וצרות מלמטן . וחלונה סתומה שלא העמידו אותה על סכיניהן כהיא דתנינן תמן הוא היה נקרא בית החליפות ששם היו גונזין את הסכינין.

est qui docet: Ecce tibi fermentatum, ecce tibi azymum: Qui dicit: Ecce tibi azymum: est amabilius: Qui dicit: Ecce tibi fermentatum; est jugius: Dicit R. Levi: Omnes classes ponebant in austro: Dicit R. Jose: Misna ita dicit: Si incidat dies unus ut interrumpat in medio; R. Jehuda ben Titas nomine R. Acha: Textus favet istis doctoribus: Nunc quoniam sunt sub tua potestate quinque panes, da mihi, aut sit existens: Et Achimelech classis egrediens erat. Ingredientes dividebant in aquilone, & egredientes in austro. Dicit R. Chananjah bar R. Hillel; ut impertiretur honor ingredientibus: Dicit R. Jose discipulus R. Bon; Non hac de causa, sed ea ratione, quod legamus: Omnes ingredientes in montem domus, ingrediebantur ad dextram, & circumibant, & egrediebantur ad sinistram: Bilga semper dividebat in austro; quia Mirjam filia Bilga apostata nupsit præfecto ex regno Græcorum, & ingressa percussit super tectum altaris; dicens: Lupe, lupe tu absumis facultates Israel, & non opitularis tempore angustiæ: Et alii dicunt; cum advenisset ejus tempus, ut adscenderet, non adscendit, & ingrediens Isbab ejus loco ministravit in summo sacerdotio; Idcirco semper Bilga ut egrediens, & Isbab ut ingrediens; & ipsum evellerunt de suo loco; Non potes dicere: Etenim dicit R. Simon nomine R. Jehosua ben Levi. Molestum est coram Deo evellere catenam genealogiarum ab loco suo: Et fecerunt classes tres & viginti: Non potes dicere: Dictum est enim: *Quas constituerunt David & Samuel videns in fide sua*. Fides magna ibi erat, quod classis non tolleret, & mutaret in agro possessionis, donec tolleret ejus socius: Dicit R. Abau: Decreverunt, quod classis non tolleret & mutaret de agro possessionis, donec tolleret ejus socius: Et ejus annulus fixus: R. Ba nomine R. Jehuda: Annulos fecerunt latos sursum, & angustos deorsum: Et arca occlusa; ne eam statuerent super eorum cultris. Sicuti legimus: Vocabatur domus secespitarum, quod ibi absconderent cultros

GA-

GABRIELIS GRODDECK

DISSERTATIO DE CÆREMONIA PALMARUM

Apud Judæos in Festo Tabernaculorum solenni.

QUantumvis singulis in anno mensibus Judæi multa celebranda festa decreverint, maximum tamen horum præ reliquis omnibus numerum Mense septimo, qui תשרי ab illis appellatur, & ex nostra computandi ratione Septembri & Octobri respondet, esse voluere. Primo enim statim die ראש חשנה s. *Novi anni principium*, quod Clangor Tubarum & Buccinæ solenne admodum facit, incipit: postridie צום נרליה s. *Jejunium Gedaliæ*, quod unum ex 4. magnis jejuniis, quorum *Zachar.* VIII. 19. mentio injicitur, celebrant, quo eodem die olim etiam אתנטלת אררכתא מן שטריא s. *abolitio juris agendi ex contractuum instrumentis*, incidebat, quod tamen hodie jam abrogatum est; id quod etiam de 5. 7. hujus mensis diebus quorum altero *Jejunium proper occisos* 20. *filios Israelis & R. Akiva vinctum*; altero *Jejunium ob decretum in Patres qui vitulum aureum conflarunt*, habuere, dici debet. Die 10. יום כפור s. *Dies expiationis* incidit; quem d. 15. insequitur חג סכות s. *Festum Tabernaculorum*; d. 21. הושענא רבא, d. 22. שמיני עצרת s. *octavus dies Tabernaculorum*, d. 23. שמחת תורה s. *Gaudium Legis*: quæ omnia prolixe nunc exponere non est nostri instituti.

II. Eminent inter hæc memorata Festa præcipue *Festum novi anni*, & *Tabernaculorum*. Illud enim non modo id, quod primo isthoc anni die Deus singulas mortalium actiones anni modo elapsi ad examen revocet adeoque omnibus timorem quasi incutiat, quapropter etiam inter ימים נוראים s. *dies tremendos*, quo nomine duos præcipue sic appellare Judæi solent, numeatur; verum etiam quod tunc tribus vicibus cornu inflare sono modo remissiori nunc subaspero convenienter mandato soleant, solenne facit: hoc autem ideo potissimum considerandum venit, quod tunc non tantum ædes suas, in quibus per totum anni tempus hactenus habitarunt, derelinquere, ac per 8. dies in Tabernaculis sedes sibi figere opus habeant; verum etiam singularem & a reliquis longe diversum ritum tunc observent, ut unam palmæ spatulam, tres item myrti & duos salicis ramos colligatos, in unam, in alteram autem manum pomum citri quod Etrug salutari solet, sumant, atque incinentes aliquot hymnos quocunque die altare parvum aut pulpitum, quod in Synagoga extat, gestantes manibus suis una cum ramis colligatis malum citri, circumeant, accessuque propiori per contactum concussionemque facto, illa agitent & in 4. mundi plagas moveant.

III. Sicuti autem priori illi ceremoniæ, quam cum Buccina in Festo ראש השנה s. *Novi anni* observari diximus, ex parte describendæ, jam alii suam impenderunt operam, inter quos præcipue hic nobis memorandum venit in hac Academia vivens decus singulare, & propter eximiam, quam possidet Linguarum orientalium cognitionem merito omnibus commendandus Dominus M. Christianus Zoega Facult. Philosoph. Assessor meritissimus amicus noster cum cura venerandus: a quo ea, quæ de ante memorato ejus pridem incepto Themate adhuc supersunt, prope diem expectamus; ita, qui illam posteriorem, quam in Festo Tabernaculorum solennem esse diximus ceremoniam, hactenus debito modo cum cura nobis descripserit, invenimus neminem. Quod ideo potissimum mirari nos oportet, dum alios tamen plerosque ritus isthoc quo felicissime ferme omnia exculta sunt seculo, ex Hebræorum scriniis erutos videmus, & hic ipse ta-

men

men ritus non modo antiquissimus sit, quem stante priori templo adhuc in usu fuisse Judæi uno ore asseverant, verum etiam cum illo illustrari possint varia novi fœderis libri commata, quæ etsi ex Interpretibus nonnulli aliquatenus attigerunt, nemo tamen eam nobis lucem dedit, ne hactenus tenebræ nonnullæ & obscuritates remansissent. Quare non omnino ingratam nec inutilem operam nos facturos esse confisi sumus, si ea, quæ in hanc rem in Judæorum libris consignata sunt, schediasmate aliquo Philologico explicaremus. Quandoquidem autem fieri non poterat, ut in una dissertatione omnia huc facientia absolverentur, commdum visum fuit, Thema isthoc secare, & duabus aut tribus dissertationibus, totum hoc negotium expedire, ita ut in hac priori dissertatione in *Fundamentum* saltem & *Originalem* hujus ceremoniæ, quam Judæi ex Scriptura petunt, inquireremus, reliqua autem ad ipsum ritum facientia peculiaribus dissertationibus reservarentur: quod ut boni consulere, insuperque studiis nostris porro favere benevolus Lector dignetur, summis precibus obtestamur.

CAPUT I.

In quo Terminorum Etymologiæ aliaque Præliminaria traduntur.

Antequam ad ipsius Operis Tractationem accessus fiat, operæ pretium erit, ut prius vocabulorum Etymologias paucis perquiramus. Quantum autem primum Vocabulum הלכות attinet, nemini ignotum erit, quie eo nomine apud Rabbinos & Talmudicos Scriptores veniat. Licet enim vox הלכתא & הלכא הלכא proprie *ambulationem*, *viam*, *iter*, *gressum*, *ingressum* significet, Judæi tamen metaphorice per illam denotare voluerunt *Constitutionem*, *Sententiam*, *Decisionem*, *Ritum*, *Judicium*, *Traditionem decisam &c.* Unde in Talmude æque ac in Rabbinorum libris vocis hæc acceptio communissima esse & quotidie ferme occurrere solet, ut adeo nec opus sit, multa nunc de hic iis adjicere.

II. Circa alterum vero vocabulum לולב observandum venit, quod etsi constet, unde suam ista vox originem habeat, siquidem ad nullam in nulla Linguarum orientalium, radicem referri queat, Judæos tamen nihilominus eam jam longo tempore in usu habuisse. Nam non solum apud Chaldæorum tam in Onkelosi quam reliquorum Targumistarum translationibus ejus vestigia reperiuntur, quod loca *Levit.* XXIII. 40. *Nehem.* VIII. 16. *Cant.* VII. 8. 9. II. 12. *Esth.* III. 8. conferenti innotescet, verum etiam in Thalmude aliisque antiquissimis Jndæorum libris ejus mentio comparet: cum hoc tantum discrimine, quod apud Targumistas solum palmæ frondem; apud Talmudicos autem & Minhagicos Scriptores, non tantum partiatim palmæ frondem denotet, verum tres etiam reliquas species sub se comprehendat, adeo, ut tum demum, quando omnes 4. species, np. *palmæ frons*, *myrti rami*, *salices* atque etiam *citri malum* adsunt, לולב vocent, & sic omnes 4. species conjunctim sumptæ מצות לולב, f. *unum Præceptum Lulab* constituant, id quod præter alios Majemonides *part. I. Mischn. Thora*, *Hilch. Lulab* cap. VII. fol. 262. a. nos edocet, quando, qostquam 4. istas species descripsisset, tandem subjicit: ארבעה מינין אלו מצוה אחת הן ומעכבין זה את זה וכולן נקראים מצות לולב: *Quatuor istæ species unum Præceptum faciunt, & una alteram impedit* id est ut si una non adsit, nec altera valorem habeat, *omnes autem uno nomine vocantur Præceptum Lulab*. Inde est, quod si vel una harum specierum deficiat, jam non amplius Lulab dici, neque debitum suum tunc aliquis exsolvere possit. Id quod ex Hilchoth Gedoloth libro antiquissimo cap. 15. fol. 34. 3. constare potest, ubi expresse ita deciditur: עד דהוו הני ארבעה מיני בהדי הדדי לא נפיק ידי תוהבתירה דתניא ארבעה מינין שבלולב מעכבין זה את זה ואמר רב חנין בר רבא לא שנו אלא שאין לו אבל יש לו אין מעכבין אין לו מעכבין דכולהו חדא מצוה נינהו דכתיב ולקחתם שתהא לקיחה תמה וכל חד מיניהו בעי לקיחה יש לו אין מעכבין ולא תימא דעד דמנבה לכולהי בהדי הדדי לא נפיק אלא אי מנבה חד חד לחודיה שפיר דמי דקיימא לן לולב אין צריך אגד: *Antequam hæ quatuor species conjunctim adsint, non prius aliquis debitum suum exsolvere potest, cum Traditionem habeamus, quod 4. species in Lulab impediant una alteram* id est si una desit, nec altera valorem accipiat. *Et dixit R. Chanin filius Rabba, illud non aliter intelligimus, quam si quis non habeat has quatuor species, quod si autem haberet omnes, non impediret altera alteram*, etiamsi non omnes simul sumeret. *Dico, si non haberet omnes, altera alteram impediret, quia omnes ex uno præcepto* con-

constant, *scriptum enim est:* (Lev. XXIII. 40.) Et sumetis sc. *sumpione plena & integra, nam singulæ species ex iis sumptione opus habent. Contra etiam dixi, si non haberet omnes, non impedirent se invicem, ne forte dicas, quod si non omnes sumeret, & simul in altum tolleret, non absoluisset debitnm suum? neutiquam, verum si modo singulas separatim sumat atque in altum ferat, sufficit; Statutum enim habemus, Lulab non opus habet colligatione.* Vide etiam Orach chaim n. 251. Sic quando Benedictionem super hunc actum faciunt, quo in sq. differt. aliquid dicemus, non omnes quatuor species, sed primam tantum nominare solent, nempe על נטילת לולב sc. *ad sumendum Lulab*, cujus rei rationem reddit Autor libri *Colbo.* cap. 72. fol. 81. 3. quando scribit: ומברכין על הלולב ולא על שאר המינין לפי שבמינו גבוה סכלן פרוש והוא עקר ושאר המינין טפלין לו ומברך על העקר ופוטר את הטפל . ויש אומרים מאחר שהוא חשוב במינו מכולן כל האגודה נקראת על שמו והוי כמי שבירך בפירוש על כל אחד בשמו : *Et benedictionem dicunt super Palmæ frondem, non autem super reliquas etiam species, ideo quod hæc sit major reliquis omnibus, id est quod hæc sit principalis species, reliquæ saltem ei adjungantur: ideo benedictionem dicit super principale & cum ea liberat accessorium. Alii autem dicunt, quod quia palmæ frons pretiosissima est præ omnibus aliis speciebus, ideo integer fasciculus ejus respectu Lulab dicitur, idemque est, ac si aliquis expresse super singulas species peculiarem benedictionem faceret sub ejus nomine*, quæ etiam in Abudraham *sed. Tebilloth Succoth* fol. 64. b. referuntur his verbis: ארבעה מינין שבלולב נקראים כלם בשם הלולב וכן הברכה על נטילת לולב ומפרש הטעם בגמרא הואיל ומינו גבוה מכולם: id est *quatuor illæ species, quæ in fronde palmæ reperiuntur, omnes uno nomine dicuntur Lulab; quemadmodum etiam benedictionem faciunt:* ad sumendum Lulab: *ratio autem hujus rei in Gemara ista allegatur, quia palma præ reliquis omnibus speciebus altissima est.* Aliam tamen hujus rei rationem, quæ super Medrasch fundata est, adducit R. Itzchack ben Arama in *Akedath Itzchack* fol. 189. 4. ואמנם הוקבעה הברכה אשר קדשנו במצותיו וצונו על נטילת לולב כי המצוה המוטלת עליו היא לדרוש ולבקר עד שהגיע בעיניו אל הלולב ומשם ואילך כבוד אלהים הסתר דבר זולתי מה שיחוייב מאמתת מציאותו יתברך: *Quod ad Benedictionem attinet, ea hoc imprimis modo ordinata est:* qui sanctificasti nos in præceptis suis, & jussisti nos sumere Lulab, *quia præceptum quod incumbit homini, in eo tantum consistit, ut inquirat homo & scrutetur, usque dum pertingat cum speculationibus suis ad palmæ frondem* (id est Angelos, ad quos palmæ frons alludit,) *inde autem & ulterius dici debet cum Salomone* (Proverb. XXV. 2.) Honor & gloria Dei consistit in occultatione rei, *excepto eo quod incumbit ei scire de existentia Dei:* in quibus acquiescimus.

III. Atque in tali etiam significatione vocabulum est hoc in titnli frontispicio jam adhibuimus, sub quo nomine non modo, primam speciem, scilicet palmæ frondem, qnæ etiam לולב appellatur, verum reliquas etiam nempe myrtum, salices & citri malum, quæ conjunctim unum præceptum constituunt, comprehendimus eodem modo, quo a Rabbinis illud accipi dictum fuit. Facilius autem erat, Hebræum vocabulum invenire, quod integram hanc ceremoniam uno termino exprimeret, quam ut Latinum aliquod pari ratione nobis obvenisset, quo simul quatuor illæ species denominarentur. Idcirco aliis terminis rem circumscribere opus fuit, si de mente nostra Lectori constare debebat: quod ne ubique faceremus, Hebraicum nomen *Lulab* tanquam terminum technicum in Tractatione retinuimus, id quod in antecessum monere necessarium esse duximus, ne quando Lector etiam latine hoc vocabulum a nobis reddi deprehendet, dubium aliquod accipiat, quasi a nobis hæc confunderentur, cum ubi in sensu diviso primam saltem speciem sc. palmæ frondem denotabat, istud latine transferri opus erat, ubi autem tres reliquas etiam species secum comprehendebat, quando latino destituebamur, Hebraicum vocabulum retinendum fuit, ut sua voci Hebraicæ vis atque emphasis maneret.

IV. Porro Ceremoniæ Vocabulum optime ad præsens institutum facere videbatur, quo nomine veteres potissimum cultum suum ritumque sacrum olim compellare solebant. Hac ratione apud Cornelium *in Vit. Themistoc.* cap. 8. dicitur: *Filiam ejus parvulam arripuit, & cum ea se in sacrarium quod summa celebratur ceremonia conjecit:* & Cæsar apud Svetonium l. 1. cap. 6. *Est ergo in genere & sanctitas Regum & ceremonia deorum:* cujusmodi cultum etiam cum palmis a Judæis institui, infra audiemus.

CAPUT II.

Quod in Fundamentum ſeu originem hujus Ceremoniæ inquirit.

NON ſine fundamenro ſe hodie Judæos exiſtimare ſuum quem nunc deſcribere aggredimur, ritnm ſc. ceremoniam celebrare, ex Catalogo מצות עשה ſc. *præceptorum affirmativorum*, quorum רמח ſeu 248. numerantur כמנין איברים של ארם *juxta numerum membrorum corporis humani*, quem Judæis placet talem conſtituere, cognoſci poteſt. Catalogum hunc tam affirmativorum, quæ diximus, quam negativorum præceptorum, quæ 365. numerant ſecundum מנין ימי שנת החמה ſc. *numerum dierum anni ſolaris*, ut Majemonides loquitur, ſeu quod *totidem ſint venæ in corpore humano*, uti aliis placet, quæ præcepta conjunctim 613. faciunt, Majomonides tum in Præfatione præſtantiſſimi ſui operis יד חזקה dicti e qua deinceps eum cum Latina verſione primæ ſui Philologi Hebræi editioni Ultrajecti A. 1557. evulgatæ annexuit Cl. Leuſdenius, quem in poſtetioribus editionibus omiſſum eſſe merito dolemus; tum in peculiari libro, qui ספר המצות inſcribitur, & Amſtelodam A. 420. id eſt C. 1660. nitidiſſimis typis excuſus eſt, nobis exhibuit. In eo enim Catalogo præceptum CLXIX. exigit ליטול לולב שנאמר ולקחתם לכם ביום הראשון פרי עץ הדר כפות תמרים *ut ſumatur Lulab ſc. palmæ frons cum reliquis ſpeciebus ſicut dicitur* Et ſumetis vobis in die primo fructum arboris pulchræ, ramos palmarnm &c. quæ verba ex *Levit.* XXIII. 40. citantur ubi integrum ptæceptum in fontibus hoc modo conſignatum legitur ולקחתם לכם ביום הראשון פרי עץ הדר כפות תמרים וענף עץ עבות וערבי נחל ושמחתם לפני יהוה אלהיכם שבעת ימים quæ ex Latinæ Vulgatæ verſione ita transferuntur: *Sumetiſque vobis die primo fauctus arboris pulcherrimæ, ſpathulaſque palmarum & ramos ligni denſarum frondium, & ſalices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo veſtro* (addi debet quod omittitur in Vulgata) *Septem diebus.*

II. Equidem ſi ptimo intuitu hoc Dei præceptum conſideremus, non videtur ulla ratione patrocinari aſſerto Judæorum, qui ceremoniæ ſuæ fundamentum ex eo ſtruere voluerunt, cum ſi palmæ frondem & ſalices excipias, reliquarum ſpecierum, citri nempe & myrti quas Judæi inde depromunt, nulla expreſſa mentio injiciatur. Quæ cauſa etiam fuit, quare hic a reliquis Judæis Karaitæ diſſenſerint, qui nequaquam hunc in finem præceptum iſtud traditum fuiſſe contendunt, ut peculiarem ceremoniam, qualem ex eo evincere Traditionales Judæi conantur, Iſraelitis præſcribat, ſed illud tantum velle, ut cum ramis illis tabernacula conſtruantur, id quod Eſræ teſtimonio ex *Nehem.* VIII. 16. probare ſatagunt, ubi idem præceptum ex eorum menſe repetitur: *Exite in montana, & afferte ramos olivarum & ramas myrthi, & ſpathas palmarum cum ramis arborum denſarum ad faciendum tabernacula*, quemadmodum id ex Addereth Elijahu, (quem librum rariſſimum Conſtantinopoli impreſſum in Bibliotheca Lugduno-Batava extare, nec ab eo, quem Seldenus paſſim citat Mſ. & quidem mutilum, diverſum eſſe, quemadmodum Buxtorfius *in Not ad Coſri lib. part* 3. *c.* 31. exiſtimavit, teſtatur Joh. Meyerus *diacr. de origine & cauſis Feſtroum* ſuperiori anno edita *p.* 278.) *c.* 1. *ſqq.* conſtare poteſt: quorum rationes etiam atque argumenta prolixius adduxit Abarbanel *comment. in Legem ſect. æmorſ.* 266. 4. quando ſcribit: והנה הקראים הטועים פירשו אך בחמשה עשר יום בחדש וגו׳ שבא לבאר במה יעשו סכות ושעל זה אמר ולקחתם לכם שיקחו הדברים הנזכרים בפרשה לעשות סכות ככתוב וגו׳ ואין כתוב בתורה עשיית הסכות ומאשר הוקשה אצלם פרי עץ הדר אמרו שטעמו עץ פרי ושלא דאמר כפות בלא ואו׳ כי הכוונה בכפות ולא בפרי ושכפות תמרים היא עץ הדר או יהיה עץ הדר הוא הנזכר בעזרא עלי זית כמו ויהי כזית הודו זית רענן יפה פרי תאר או יהיה פרי כמו מסעף פורה במערצה ופירשו וחזתם לשון סבוב כי יסובבו בבית יהוה בשיר והלל מלשון יחוגו וינועו כשכור כמו שכתוב בפירשם: Ecce autem Karaitæ qui in errore verſantur, verba illa, quæ v. præced. 29. extant: *veruntamen die* 15. *hujus menſis* &c. ſic explicant, quod ſc. Scriptura iis indicare veſit, ex quo tabernacula facere deberent, & quod idcirco dixerit ſcriptura & *ſumetis vobis*, id eſt ut ſumant res in hac ſectione memoratas, ad faciendum ex iis tabernacula, ſicut ſcriptum eſt *in Eſræ* &c. at nunquam in Lege ſcriptum eſt de conſtructione Tabernaculorum. Quia autem illa verba: *fructus arboris pulcherrimæ* ipſis dubium movent, dicunt ſenſum eſſe, arborem fructiferum ſumi debere, & quod

quod idcirco Scriptura dixerit כפות ſine vau copulativo, indicans ramos non vero fructum ipſum ſumendum eſſe, & quod ſpatulæ palmarum ſint illa ipſa arbor pulcherrima, vel etiam quod per arborem illam pulcherrimam ea arbor intelligatur, cujus mentio fit ab Esra, nempe folia olivarum ſicut ſcriptum eſt (*Hoſ.* x. v. 7. *erit quaſi oliva decus ejus*. item (*Jerem.* xi. 16.) *oleam virentem pulchram fructus ſpeciem &c.* Aut vox פרי ſc. fructus accipi debet ut *Eſ.* x. 33. *collucaturus eſt ramum ejus violenter*. Porro iſta verba: *Et celebrabitis*, explicant in ſignificatione circumitionis, quia circumeunt cum eo in domo Dei cum cantico & Laudatione, ex phraſi (*Pſ.* cvii. 27.) *titubent & commoveant ſe tanquam ebrius, quemadmodum id omne in ſua explicatione ſcribunt*.

III. Neque tamen tanti ponderis hæc eorum argumenta eſſe cenſuit Abarbanel, ut non ad ſigulas Karæorum objectiones iterum aliquid reſpondiſſet, ſuorumque communem de præcepto iſthoc ſententiam confirmaſſet. Statim enim poſt illa prius a nobis adducta verba ſubjicit: והוא בלי ספק טעות מבואר מטענות ארבעה האחד לפי שאם היה ולקחתם לכם ביום הראשון ענין הסכות ממש לא ימלטו הכתובים מכפל ומותר מבואר. השני שהם פירשו ולקחתם לכם ביום הראשון שיעשו זה ביום האחד לבדו ואיך יפרשוהו אם כן על מעשת הסכות שהרי חג יהוה שבעת ימים לא יום האחד לבד והשלישי כי איך יפרשו ולקחתם לכם על עשיית הסוכה והדברים שישימו בהם כי הנה כבר אמר הכתוב בראשונה בחמשה עשר יום לחדש השביעי הזה חג הסכות שבעת ימים ליהוה ביום הראשון מקרא קדש וגו׳ וחתם מצות המועדים באמרו אלה מועדי יהוה וגו׳ ואיך ישוב אח״ז לבאר ממה שיעשו הסכות ודי שיצוה הכתוב לעשות הסכות ולשמח בהם שבעת ימים יהיה מזה או מזה והנה במצות הציצית אמר כנפי בגדיהם אבל לא נצטרך לבאר ממה שיעשו אותו. והדרש שאם בא הכתוב לבאר העשנים והעלים שיעשו מהן הסכות היה לו לומר כמו שנאמר בעזרא צאו ההר והביאו עלי זית לעשות סכות ומה לו לפרט ארבע ענינים פרי עץ הדר כפות תמרים וענף עץ עבות וערבי נחל ואין אלה הדברים בעזרא אף כי פרי עץ הדר לא יאות לעשות ממנו סוכה כי אם העלות. והם יעותו הפסוק שאומר פרי עץ הדר ואומרים שטעמו עץ פרי שעל העץ צוה לא על הפרי האם יאמרו בזה בספור אדם הראשון שנצטוה ומפרי העץ אשר בתוך הגן לא תאכלו ממנו שהיה העץ אסור לאכול והפרי מותר לאכלו. ואיך יעשו ראיה ממה שאמר כפות תמרים בלא ואו׳ כי דרך הכתוב לומר כך ראובן שמעון לוי ויהודה שמש ירח עמר זבולה ופרי עץ הדר הוא האחרון בלי ספק שהוא היותר יפה שבפירות. ואיך יפרשוהו על הזיתי גם פרי תשבו להוציאו ממשמעו ועשאוה מסעף פורה במערצה. סוף דבר כי זה כלו עוות הפסוקים וחכזבתם והתימה מחכמיהם הלא ידעו שבני יהודה שבאו לבנין בית שני היו מאותם שעלו לירושלם מבבל אנשי בית ראשון וידוע שלא עשו המצות בבית שני אלא כפי מה שהיה נהוג אצלם בבית ראשון. ומפני שהסכות והלולב ושאר המינין הנלקחין עמו היו כל אחד מהם מצוה בפני עצמה נהגו בבית שני לעשות כן ולעשות ההקפה במקדש בימי החג בארבעה מינין שבלולב כל ימי בית שני כמו שזכר יוסף בן גוריון וחכמי המשנה עשו כן כי לא חדשו הם ענין המצוה הזאת בסוף בית שני או בגולה אבל לקחו המצוה כפי הבנת הפסוקים ואמתתם וכפי מה שעשו במקדש כל ימי בית שני כאשר עשו אותה כל ימי בית ראשון וזה הוא ממה שיורה על יטעותם במה שסרו מדברי הקבלה האמתית ודברי חכמי המשנה.

Iſtud, quod hactenus adduximus ſine dubio error manifeſtus eſt ex 4. ſqq. rationibus: I. Si verba illa: *& ſumetis vobis die prima*, ſimpliciter conſtructionem tabernaculorum indicant, non liberabitur ſcriptura a Tautologia & ſuperfluo ſermone. II. Quod ipſi iſta: *& ſumetis vobis die primo* explicent, ſolo primo die eſſe facienda, quomodo ergo id explicare poterunt de opere Tabernaculorum, quod eſt feſtum Domino ſeptem diebus non vero ſolo primo die. III. Quomodo explicare poſſunt verba: *& ſumetis vobis* de factione tabernaculi, & de materia, ex qua fieri debet; quia ecce jam prius Scriptura dixerat, *die* 15. *menſis hujus ſeptimi feſtum erit Tabernaculorum Domino ſeptem diebus, primoque die convocatio ſancta erit &c.* deinceps concludit præceptum de feſtis dicens: *hæc ſunt feſta domini &c.* qua ratione ergo de novo explicare Scriptura incipiet, ex qua materia tabernaculum facere debeant. Satis erat, quod Scriptura juſſerat tabernacula facere atque in iis 7. dies permanere, ſive jam ex hac ſive ex alia materia facta eſſent. Nam ſimiliter in præcepto Zizith ſive *de filamentis phylacteriorum* Scriptura præcepit: *& faciant ſibi filamenta ad oras veſtimentorum ſuorum*, ubi non opus judicavit indicare, ex quo illa facere debeant. IV. Denique ratio eſt, quod ſi Scriptura tantum indicare voluiſſet herbas & folia, e quibus tabernacula conſtruerent, dicere opus habuiſſet,

que-

quemadmodum in Ezra dictum est: *Exite in montana & adducite folia olivarum ad faciendum Tabernacula:* Nam ad quid opus habuisset nominare quatuor species scil. *fructum arboris pulcherrimæ*, *spatulas palmarum*, *folia arborum densarum*, *& salices de torrente*, quæ in Ezra plane non recensentur. Adhæc fructus istius arboris pulcherrimæ minime aptus est, ut ex eo Tabernaculum fiat, sed folia tantum adhiberi possunt. Ideo Karaitæ pervertunt Scripturam, quæ dicit *fructus arboris pulcherrimæ*, quod ipsi de arbore fructifera intelligunt, ut secundum illorum sententiam de arbore præcipiat, nequaquam autem de fructu. Anne vero idem dicerent in historia primi Adami, cui tale præceptum datum erat: *de fructu arboris, quæ in medio horti est non comedetis*, ibi similiter arborem saltem interdici, fructum vero permitti ut comedatur. Porro quomodo exinde, quod hic scriptum sit כפות תמרים sine vau copulativo, argumentari poterunt, cum genius scripturæ sit ita loqui v. gr. *Reuben Simeon*, *Levi Vihuda* (pro Reuben, & Simeon, & Levi, & Jehuda) item: *Sol luna stant in suo diversorio* (pro *sol & luna*.) Ut adeo per fructum arboris pulcherrimæ sine dubio intelligi debeat citri malum, utpote quod pulcherrimum est inter omnes fructus, qua ratione ergo illi id de olea explicarent. Denique etiam existimarunt, vocabulum פרי ex alia radice deducendum esse, nempe ex phrasi (*Es.* x. 37.) *collucaturus est ramum ejus violenter* (i. e. fructum ejus.) Summa: illud omne, quod hac in parte Karæi faciunt, perversio est Scripturarum earumque abnegatio. Imprimis autem mirandum est, etiam Sapientissimos illorum hunc errorem defendere. At illi annon sciunt, filios Jehudæ, qui ad ædificationem templi secundi venerunt, plane de illorum numero fuisse, qui ex Hierosolymis Babylonem venerant scilicet de viris illis, qui tempore primi templi vixerant. Jam vero notum est, in secundo templo præcepta non aliter observata fuisse, quam sicuti tempore primi templi in usu erant. Cum igitur Tabernaculi constructio, itemque palmæ frons cum reliquis speciebus, quæ ad illud adhibentur singulis, præceptum per se erant, etiam tempore secundi templi ita facere soliti sunt, ut, quando festi tempus erat, cum illis 4. speciebus, quæ in Lulab reperiuntur, in templo circumirent, quod fecerunt, quamdiu secundum templum duravit, uti Josephus filius Gorion memoravit. Similiter doctores Misnici (qui post templum secundum vixerunt,) eadem ratione fecerunt, utpote qui non noviter præceptum isthoc introduxerunt in fine templi secundi, aut dum fuerunt in exilio, sed receperunt isthoc præceptum juxta sensum Scripturarum earundemque veritatem: Et quemadmodum olim fecerunt in Synagoga tempore templi secundi, ita etiam fecerunt tempore templi primi. Quod omne nunc jam satis Kareorum errorem manifestat, dum a verbis veræ traditionis Doctorumque Misnicorum recesserunt.

IV. Non minus Aben Ezra in suo ad *h. l. comment. fol.* 142. *in Bibliis Buxtorf.* hanc Karæorum sententiam adducit, quam tamen statim etiam iterum refellit: והצדוקים אמרו כי מאלה תעשו סוכות והביאו ראיה מספר עזרא ואלה עירי לב הלא יראו כי אין בספר עזרא ערבי נחל ולא פרי עץ כלל רק עלי חמשה מינין. ואין זכר לעלי הדס ועלי עץ עבות טענה על קדמונינו וכן מין הדס אילנו נבוה והנה הם שני מינין גבוה ונמוך. והנולה מאר קדרץ לארץ ארום אם יש לו עינים ירע סור המצוה הזאת: i. e. *Sadducæi autem dicunt, quod ex his in textu memoratis speciebus ut tabernacula fiant, præcipiatur, rationem ex libro Ezræ adducentes. At illi Cœci corde, an non vident, quod in libro Ezræ plane nulla salicum mentio fiat, neque etiam ulla fructus arboris pulcherrimæ, verum saltem foliorum* 5. *specierum. Quando autem in Ezra mentio injicitur de frondibus myrti & de ramis contextæ arboris*, (tanquam duarum specierum quæ tamen Judæi pro Synonymis habent, & unam per alteram explicant,) *nequaquam illud argumentum est contra majores nostros. Insuper etiam arbor myrti minime tam alta est, ut ex ea tabernacula exstrui queant, quantumvis duæ diversæ hujus arboris species dentur, una quæ sursum, altera quæ deorsum crescit. Sane qui modo ex Arabia in Europam peregrinari vellet dummodo oculos haberet, facile hujus præcepti mysterium cognosceret.* Ubi obiter & ὡς ἐν παρόδῳ observamus, perperam hic ab Aben Esra Karaitas *Saducæorum* nomine traduci, quem tamen errorem eum cum aliis Scriptoribus communem habere reperimus. Cum enim olim Judæi ex odio quod Karæi eorum Traditiones recipere nollent, eo nomine illos compellare solebant, non ac si in omnibus cum iis consentirent, sed quod ad momentum Traditionum attinet, illorum viderentur premere vestigia; Sequioribus temporibus

bus exstitere Judæos inter, qui fabulam veram esse putarent, Karæos revera Saducæorum progeniem esse, & idcirco perpetuo illos cum his confunderent, in quem errorem deinceps etiam alii, inter quos Joh. Scaliger, lapsi sunt, qui Karæos a Saducæis non distingui debere existimarunt, quanquam ultimus hic errorem iterum revocavit in *Elencho Trihæres c.* 2. Tandem Leo Mutinensis in erudito libello, quem *de Ceremoniis & Consuetudinibus hodie Judæos inter receptis*, multis abhinc annis Italico idiomate vulgavit, quem deinceps Rich. Simonius in Gallicum sermonem transferens præfatione & Supplemento insignivit, & superiori anno latine etiam Francofurti prodiit, cum ipsum non fugeret, Karæos hodiernos minime eandem cum Saducæis aut Samaritanis profiteri fidem, ad incrustandum tamen suorum opinionem, ne prorsus causa cadere videretur, novam quandam Karæorum sectam effingere conatus est, existimans *p.* 134. *edit. lat.* Karæos cum vidissent se suis dogmatibus exosos esse apud omnes reliquos Judæos, ad evitandum hoc reliquarum sectarum odium, nonnullas recepisse antiquissimas Traditiones, ut hac ratione magis se probarent reliquis Judæis; prætendens simul antiquiores Sectæ propugnatores eosdem fuisse cum Samaritanis & Saducæis, & primam ipsorum originem ad Saducæos referri debere. Quam Leonis sententiam avide amplexus est Buxtorfius, qui sicut alias ex hoc Leonis opusculo multa surripuit, quæ deinceps in Synagoga sua Judaica pro suis venditavit, ita hanc etiam prædicti Auctoris sententiam, quæ tamen crassa saltem quadam putidaque ignorantia Judaica nititur, sibi præ aliis arridere, in suis *ad Cosri librum Annotationibus p.* 193. testatus est. Nihilominus tamen Simonius tum in *Supplemento* suo quod *de secta Karæorum & Samaritanorum* agit *p.* 13. *edit lat.* tum etiam in *Hist. Cr. V. T. l.* 1. *cap.* 29. *pag.* 161. *edit. nov. Gall.* hanc Leonis sententiam acriter perstringit, ubi inter alia ita scribit: *Ce sentiment de Leon de Modene touchant les Caraites paroit assez raisonnable: mais comme il ne l'aucunes preuves, il semble n'avoir eu autre dessein, que de mettre a couvert l'ignorance de ses docteurs*. Conf. præterea Rabi Abraham Zachut *in libri Juchasin præfat.* Ludov. Capellus *defens Cr. S. pag.* 622. *sq. Cr.* S. Morinus *Exerc. Bibl. part.* 2. *exerc.* 4. & in *Epistola ad Buxtorf.* scripta, quæ cum aliis libro *Antiquitat. Eccles. Oriental.* continetur *num.* 71. *p.* 523. *edit. Lips.* it. Wulferus in *Theriaca Judaica ad Exam. revoc. p.* 288. *sq.* Plura de Karæis inveniri possunt ap. Seldenum *Ux. Heb. l.* 1. *c.* 3. *sqq.* & in ej. *diss. de Anno civili & Calendar. vet. Eccl. Jud. c.* 2. *seqq.* Buxtorf. *Annot. ad lib. Cosri l. c. & p.* 203. *sq. it. in Lex. Thalmud. f.* 2112. *sqq. &* 1199. *sq.* Hackspan. *præfat. ad Nizachon pag.* 225. Drusium *de trib. sectis Judæor. c.* 7. Pockoc. *Not. misc. p.* 238. Saldenum *in otiis Theol. p.* 558. Richardum Simon. *libris citatis*. Dn. Carpzov. *Introduct. in Theolog. Judaic. cap.* 4. & Wagenseil. *Tel. Ign. Sat. p.* 595. *sqq.* Nolumus autem his plura addere, cum nosse sufficiat, Judæos ad unum omnes, si in ullo loco, hic imprimis Karæorum opinioni sese opponere, qui nequaquam de constructione saltem tabernaculorum cum istis memoratis speciebus, sed de ipsa gestatione eo sicut hodie Judæi more observant, hoc præceptum agere contendunt.

V. Non jam erit nostri nunc hic instituti, ut prolixius in veram utrorumque sententiam inquiramus. Nam licet ex Nehemiæ loco se aperte Judæorum sententiam infringere posse Karæi existiment, & quod tantum de constructione, neutiquam de gestatione intelligatur istud legis præceptum, ex eo evincere conentur, non tamen tanti ponderis hoc eorum esse argumentum, ut in eo acquiescere opus sit, ex Abarbenelis refutatione percepimus. At vero nec communem Judæorum sententiam ita veram esse, ut non aliquid contra eam excipere liceat, dici potest, ad minimum cum ex isto legis præcepto probari debet, utpote in quo obscure satis omnia proponuntur, & obscurius adhuc a Judæis explicantur. Et quantumvis ad Traditiones suas hic Judæi provocent, quas continuo successu se a Mose accepisse jactitant, nunquam tamen magis Judæorum mentiri observant eruditi, quam ubi Traditionum suarum genealogias texunt aut Historicos agunt. Quod si tamen rem ipsam paulo accuratius inspiciamus, cæremoniam isthanc apud veteres Judæos olim viguisse, diffiteri non possumus, siquidem non modo ex antiquissimis scripturis, sed & auctoribus fide dignis, quorum ætas prima Christianismi tempora, ubi Judæi adhuc in flore erant, refertur, testimonia proferri queunt, quæ hoc assertum nostrum confirment, etsi id difficile probatu foret, si ex Levitici add. loco solum asseri deberet. Ut hujus rei veritas pateat, unum atque alterum testimo-

monium in medium producemus. Et primo quidem loco huc referri debet Chaldæus Interpres, cujus ætas ad antiquissima Judæorum tempora, antequam Karaitæ unquam extiterunt, pertingit, qui expresse communi Judæorum sententiæ subscribere videtur, quando dubia, quæ in Hebræo reperiuntur vocabula clarioribus expressit, quæ hodiernum adhuc apud Judæos in usu sunt, & neutiquam de factione tabernaculorum saltem accipi possunt, uti verba ejus aspicienti innotescet. ותסבון (Hierosolymit. לכון ביומא קדמאה פירי אילנא אתרוגין ולולבין תרוגין ולולבין) והדסין וערבין דנחל: quæ latine ita sonant: *Sumetisque vobis in die primo fructus arboris citrei & spatulas palmarum, & myrtum & salices torrentis &c.* Ut adeo si unquam, hic illud Talmudicorum assertum, quod in *Megilla f.* 3. 1. *Moed. Katon f.* 282. & in *Sanhedr. f.* 94. 2. extat, locum habere possit: אלמלא תרגומה דהאי קרא לא הוה ידענא מאי קאמר: *nisi Targum istius loci esset, nesciremus quidnam diceret sc.* רחמנא f. *Scriptura*. Non dubitare licet, quin ex hac Chaldaica versione sua desumpserint Syriacus atque Arabicus Interpres, qui iisdem verbis, quibus Chaldæus tres priores species expresserunt. Et Syrus quidem ita ܦܐܪ̈ܐ ܐܝܠܢ̈ܐ ܫܦܝܪ̈ܐ ܘܠܒܒ̈ܐ ܕܕܩܠ̈ܐ ܘܐܣܐ܀ i. e. *fructus arborum pulchrarum nempe poma aurea & medullas palmarum & myrtum* &c. Arabs autem sc. Saadias Gaon (nam Erpenianus Pentateuchus A. 1622. Lugd. Batav. editus presse hic Hebr. sequitur (hunc in modum: من ثمر شجر الاترج ومن لب النخل i. e. *ex fructu arboris citrei & ex medulla palmarum &c.*

VI. Ex quo apparet Hebræi textus verba olim sic fuisse intellecta, quemadmodum Judæi hodie ea explicant, atque jam tunc non tantum ramos sed & fructus arborum adhibitos fuisse, contra quam Karæi existimarunt. Neque minus etiam Josephus, cui tanquam antiquissimo Scriptori in hac re fidem habere possumus, suo tempore, eo quo hodienum modo celebratur, hunc ritum observatum fuisse, *in Antiquitat Judaic.* III. 10. *p.* 92. *edit. Colon.* diserte testatur. Festum enim Tabernaculorum describens, & quomodo tabernacula compingere per singulas familias septimi mensis decima quinta die, tempore jam in hybernum vergente, soleant Judæi, octo tunc dies festos in ea urbe, quam propter templum caput regionis habent, ducentes, victimasque Deo solidas incendentes, & simul pro gratiarum actione sacrificantes, tandem subjicit. φέροντας ἐν ταῖς χερσὶν εἰρεσιώνην μυρσίνης καὶ ἰτέας συγκραδῆ φοίνικος πεποιημένη, τοῦ μήλου τοῦ τῆς περσέας προσόντος i. e. *gestantes in manibus ramum myrti & salicis cum ramo palmæ facto, addito præterea malo Perseæ*: quæ rectius ita vertuntur, quam quemadmodum Sigismundus Gelenius reddidit: *ex quibus mala perseæ dependeant*; cum non dependere mala, sed unum malum in sinistra tantum manu gestari soleat, uti ex sequentibus constabit. Quod autem Josephus hic pro *citri malo*, quem in usu hodie Judæi habent, *malum perseæ* substituat, sciendum, plerosque veterum hæc inter se ita confudisse, ut malum persicum seu medicum quod idem est, de citro & contra usurparent. Quemadmodum ipse Josephus promiscue usurpat cum in alio loco nempe *l.* 13. *Antiq. cap.* 21. ubi hujus celebritatis mentionem iterum injicit, pro Περσέα, quod in præsenti loco habet, κιτρέοις gestatas fuisse scribit. Unde etiam Plinius *l.* 15. *Nat. Hist. c.* 14. *citrea a Græcis medica* i. e. *Persica* dici observat: Et Dioscorides *l.* 1. *c.* 131. Medica mala persicave aut cedromela vocari ait *citrea* a Latinis, quod etiam ex Athenæo & aliis constat. Medicum autem malum pro Persico accipi, ex Theophrasti *lib.*. 4. colligitur: οἷον ἡ Μηδία χώρα, καὶ περσὶς, ἄλλα τε ἔχει πλείων καὶ τὸ μῆλον τὸ Μηδικὸν καὶ τὸ Περσικὸν καλούμενον; Legendum τὸ καὶ Περσικὸν, *malum Medicum quod & Persicum*; uti apud Athenæum *l.* 4. *plantarum historiæ* hæc verba Theophrasti citantem legitur καὶ τὸ μῆλον τὸ περσικὸν ἢ μηδικὸν καλούμενον. Ex quo apparet, malum Medicum & Persicum idem fuisse, atque Theophrasti temporibus Persici mali nomine non aliud intellectum fuisse præter Assyrium & Medicum, & denique hoc cum citro apprime convenire, uti & Hesychius κιτρέιον τὸ μηδικὸν μῆλον appellat, quod etiam alios autores antiquissimos fecisse ostendit Salmasius *Comment. in Solinum pag.* 949. 959. *sqq. &* 964. adde 606. *edit. Paris.*

VII. Ex Josepho itaque videre est, jam sua ætate festo Tabernaculorum hanc cum Lulab & Etrug circumitionem & gestationem in usu fuisse, neque solum tabernacula cum istis speciebus constructa aut exornata esse. Sed & Plutarchus hanc solennitatem Judaicam videtur innuisse, quando *l.* 4. *Symposiac. qu.* 5. *q.* 671. *edit. Francofurt.*

An.

An. 1610. scribit: Ἔϛι δὲ ϗ κρατηροφορία τις ἑορτὴ ϗ θυρσοφορία παρ' αὐτοῖς ἐν ᾗ θύρσους ἔχοντες εἰς τὸ ἱερὸν εἰσίασιν, i. e. *Est etiam* Judæis *solenne festum Crateropborias & Thyrsophorias, ubi thyrsos seu baculos frondibus cinctos habentes, in templum intrant*. Legendum κραδηφορία a κράδη quod *ramum* significat, quemadmodum θυρσοφορία a θύρσος, annotante Turnebo in suo Codice, uti in edit. Basil. etiam correctum est.

VIII. Quantum autem ad Levitici præceptum attinet, in illo verbo פרי עץ הדר f. *fructum arboris pulcherrimæ* facile intelligi possunt, quando testimonia illa externa ex Interpretibus adducta, simul perpenduntur, qui de citro accipi debere omnes uno ore asseverant, quod argumentum etiam Edm. Castellus in eleganti Orat. An. 1667. Londini habita (quam cum aliis ejus opusculis conjunctim aliquando publici juris faciemus) urget, quando postquam hunc Levitici locum adduxisset, tandem subjicit: הדר *denotat Citrum, ut præter Chaldæum, Syrum, Arabem, usus Judæorum bodiernus, & ipsa rerum inter se collatio* ἀναντιῤῥήτως *probat*.

IX. Quæ hactenus pro Judæorum confirmanda sententia adduximus, majorem veri speciem habere, quam quæ ipsi ex Traditionum suarum scrinio in hanc rem afferre solent, persuasi sumus. Omnes enim atque singulæ eorum probationes, istiusque quem ex Levitico pro se allegant, loci explicationes, nihil aliud sunt quam ineptæ & absurdæ majorum suorum Traditiones, partim allegoriæ inconvenienter prolatæ, cabalisticæ insuper obscuritates, ut risum potius alicui movere, quam in vera aliquem opinione confirmare queant, quantumvis inter plures adhuc paucos deprehendere liceat, qui meliori judicio præditi saniora hic proponat. Etsi itaque omnes istas explicationes silentio præterire merito possemus, nullum aut exiguum fructum inde nobis promittentes; ne tamen aliquid eorum, quæ ad accuratam materiæ hujus Tractationem spectant, hic omisisse arguamur, atque ut absurdum eorum, Scripturam interpretandi, morem etiam videre Lector possit, in compendio saltem illas (selectum tamen etiam in his adhibituri,) paucis recensebimus.

X. Quod in Textu פרי עץ הדר f. *fructus arboris pulcherrimæ* dicitur, id de Etrog f. citri malo intelligi debere ex hac ratione deducunt, quia talis fructus, ubi arbor & fructus arboris unum saporem habent, a Deo præcipiatur, cujusmodi tantum sit Etrog f. citri malum, quod de nullo alio fructu amplius dici possit. Placet in hanc rem ex Gemara verba aliqua adducere, prout reperiuntur in *Massech. Succa cap. Lulab hagazul ad Mischn.* 5. ת״ר פרי עץ הדר שטעם עצו ופריו שוה הוי אומ״ר זה אתרג. ואימא פלפלין. לא אפשר היכי ליעביד. לינקוט חרא חדא לא מינכרא לקיחתא לינקוט תרי או תלת' פרי אחד אמר רחמנא ולא שנים ושלשה פירותהילכך לא אפשר: *Tradunt Rabbini nostri*, per Fructum arboris pulcherrimæ *talem arborem intelligi, cujus sapor fructui similis est, & hanc arborem dicas esse malum citri. Sed forte piper etiam esse potest? neutiquam possibile est, nam qua ratione faceret aliquis si piper esset, an unum granum sumere deberet? ejus sane sumptio ne cognosci quidem posset: an vero duo aut tria grana? verum unum tantum fructum Scriptura nominat, non autem duos aut tres fructus. Quapropter impossibile est, ut de pipere intelligatur*. Conf. etiam Alphesi *part.* 1. *bilchoth. Succa c.* 3. *f.* 338. Mizrachi *f.* 221. 3. *edit. Bomberg. Jalkut f.* 185. 2. *&c.* Alii juxta R. Ben Azai e Rad. דור probationem instituunt h. m. הדר באילנו משנה לשנה: *fructus qui in arbore sua per integrum annum manet*, quod de citro dici possit, uti in *Siphra fol.* 52. *a.* annotatum, & a Raschio ad h. l. confirmatum legitur. E qua radice etiam in sua versione Aquilam vocem transtulisse, in *Jalkut f.* 184. 4. dicitur הדר שהוא דר על פני המים *badar vocatur, quia ad fontes aquarum crescit*. Idem ben Azai adhuc alio modo id probare vult, quando non הדר sed הידור legendum esse definivit שכן בלשון יווני קורין למים הידור ואיזה פרי גדל על כל מים הוי אומר זה אתרוג: *quia ita in Græca lingua aquam* ὕδωρ *appellant. Quisnam vero est fructus qui ad omnes aquas crescit? responde Etrog f. malum citri*. Similis vocabulorum lusus in *Hilchoth Gedoloth f.* 24. 2. invenitur, quando pro הדר dicitur הדיר, legi debere, quod *caulam ovium* denotat, cujus utriusque comparationem hoc modo autor istius libri qui incertus est, instituit: מה דיר זה יש בו קטנים וגדולים תמימים ובעלי מומין ובאין קטנים ויוצאין גדולין קיימין כך ישראל יש בהם צדיקים ובינונים ותלמידי חכמים ועמי הארץ יבאין קטנים ויוצאין גדולים קיימים שנאמר וזרח השמש ובא השמש עד שלא מת משה רבינו זרחה שמשו של יהושע תלמידו וכו' עד שלא זרחה שמשו של עלי זרחה שמשו של שמואל הרמתי עד שלא נגנז אליהו זרחה שמשו של אלישע עד שלא תם רבי עקיבא

עקיבא נולד רבינו הקדוש: *Quomodo cum hac ovium caula comparatum est? In ea reperiuntur magna & parva pecora, sine labe & cum labe, adveniuntque parva cum magna adhuc supersunt. Sic & cum Israel se res habet, inter eos enim reperiuntur pii & mediocriter tales, eruditi & plebeii, emerguntque minores inter eos cum illis qui majori dignitate præditi sunt, adhucdum vivunt, uti scriptum extat* (Cohel. l. c.) unus sol oritur, alter occidit: *sicut etiam exempla id testantur. Nam antequam Moses Magister noster moreretur, sol discipuli ejus Josuæ scilicet jam ortus erat: antequam Eli sol obfuscaretur, jam ortus erat sol Samuelis Ramatitæ: antequam Elias in cœlum raperetur, sol Elisæ Prophetæ jam ortus erat: antequam Rab Akiba moreretur, jam Rabbi noster Sanctus sc. Rab. Judæ hakkadosch natus erat.* Hæc & plures aliæ nugæ etiam in Gemara *l. c. pag.* 35. reperiuntur, unda postmodum etiam in Jalkut *f.* 185. 2. consignatæ sunt, atque insuper a plerisque comentatoribus ferme ubique ad h. l. adducuntur. De his tamen ut judicium feramus, opus non est, siquidem ipse Rab. Moses bar Nachmam Gerudensis in suo *commentar. super Thora fol.* 212. b. *edit. Bomberg.* nomine אסמכתות שעשו רבותינו לקבלתם *conjecturarum, quas Rabbini secundum Traditiones suas ita effinxerunt,* illas insignivit. Ipse autem meliorem rationem, quare per *Fructum arboris pulcherrimæ* citrum præcise intelligi debeat, non vero alius quispiam fructus, reddere volens ex Chaldaicæ versionis collatione cum Hebr. illud tentat, cujus verba cum reliquis omnibus palmam præripiant, hic præterire nolumus. הנכון בעיני כי האילן הנקרא בלשון ארמית אתרוג נקרא שמו בלשון הקודש הדר כי פי אתרוג חמד ה׳ כדמתרגמינן ונחמד למראה דמרגג למחזי. לא תחמוד לא תרוג ואמרינן מכל שפר ארג נכסין. ולשון חמדה והדר שוים בטעם ונקרא העץ והפרי בשם אחד כי כן המנהג ברוב הפירות תאנה אגוז רמון זית וזולתם וכן זה שם העץ והפרי שניהם בארמית אתרוג ובלשון הקודש הדר *In meis oculis probabile videtur, nomen illius arboris, quæ in lingua Chaldæa Etrog dicitur, in lingua sancta Hadar vocari, vocabulum* אתרוג *enim desiderium sc. concupiscentiam significat, quemadmodum verbum* נחמד (quod Gen. II. 9. extat) Et desiderabilis ad videndum, *Chaldaice interpretamur per verbum* דמרגג, *simillter* Exod. XX. 17. Non concupisces, *vocabulum* תחמוד *Chaldaice per* תרוג *transfertur. Unde etiam* (in instrumentis dotalibus, quæ כתובה dicuntur) *illud verbum adhibemus:* Ex omuibus pulchris & desiderabilibus bonis scilicet promitto (ארג נכסין) *Vocabulum ergo desiderii & decoris in eadem significatione usurpatur, atque arbor & fructus arboris uno nomine insigniuntur, uti morem hunc Scriptura habet in multis aliis fructibus v. g.* Ficu, Nuce, Malogranato, olea &c. (quæ & arborem & ipsum fructum denotant). *Atque ita hic etiam utrimque tam arboris quam fructus nomen in lingua Chaldaica* Etrog, *in Hebraica autem* Hadar *appellatur.* Idem Nachmanides in ea opinione est, fructum hunc fuisse de cujus arbore primus homo in paradiso comedit: ועל דרך האמת פרי עץ הדר הוא הפרי שבו רוב התאוה ובו חטא אדם הראשון שנאמר ותרא האשה כי טוב העץ למאכל וכי תאוה הוא לעינים ונחמד העץ להשכיל ותקח מפריו ותאכל והנה החטא בו לבדו ואנחנו נרצה לפניו עם השאר המינים: *Juxta verum sensum fructus arboris, quæ Hadari* id est Etrog *vocatur, ille est, in quo multum concupiscentiæ reperire licet, quo etiam primus homo peccavit, uti dicitur* (Gen. III. 6.) Et videbatur uxori bonum esse fructum arboris illius in cibum, & gratissimum esse illum oculis, ac desiderabilem esse arboris fructum, ad habendam intelligentiam, itaque accepit de fructu ejus & comedit: *Ecce itaque, quod in eo fructu comedendo solum peccaverit; nos autem pro eo intercedimus cum reliquis speciebus.* Confer etam *Akedath Itzchadk fol.* ù86. 3. Obiter hic addimus, quod in libro *Bahir* e quo in librum *Zoar* (qui utrique cabalistici sunt) *Sect. Æmor. fol.* 45. *col.* 177. relatum est, per citri malum intelligatur *Cantici Canticorum liber*, utpote qui præstantissimus est & sanctissimus præ reliquis omnibus libris sacris, uti citri malum præstantissimum est inter reliquas quatuor species Cum autem verba auctoris obsceni aliquid in se contineant, merito illa prætermittimus. Idem tamen etiam in Rambam *l. c.* legi potest.

XII. ענף עץ עבות etiam de nullo alio quam de *myrto* in Scripturis dici hunc in modum in Gemara *l. c. ad mischn.* 3. *fol.* 32. 2. ex traditione probatur: תנו רבנן עץ עבות עץ שהוא עבות שענפיו חופין את עצו ואיזה הוא הוי אומר זה הדס ואימא זיתא בעינן עבות וליכא. ואימא לולבא בעינן ענפיו חופין את עצו וליכא. ואימא הירדוף אמר אביי דרכיה דרכי נועם וליכא. רבא אמר מהכא האמת והשלום אהבו: *Tradiderunt Rabbini nostri, quod quando in Scriptura dicitur:* Ramos arboris densæ sc. accipietis,

tis, *ejusmodi densa arbor intelligatur, cujus folia arborem suam obtegunt. Quænam vero est ista arbor? Resp. myrtus. Sed fortassis olea esse potest: neutiquam, nos enim requirimus ut densa sit, qualis olea non est. Ergo forte erit arbor castanea? at vero nos talem arborem requirimus, cujus folia obtegunt arborem suam, quod non fit in arbore castanea quod si ergo herba illa venata, quæ Hirdoph* (Hirdoph species est herbæ amaræ, cujus frequens in Thalmude mentio. Conferri potest Buxtorf. Lexic. Talm. fol. 632. seq.) *appellatur, innueretur? Sed enim vero nihil amœnitatis in hac herba deprehenditur, quod tamen opus esset; quam herbam hic non intelligi ax alia adhuc ratione Rabba probat, quia sc. scriptum est* (Zach. VIII. 19. diligite veritatem & pacem, *cujusmodi quid in hac herba non invenitur*. Atquo hæc speciminis loco adduxisse sufficiant, nam de reliquis speciebus probatione nulla indiget, qnod expresse in Textu nominentur. Idcirco hac vice filum hic abrumpimus; reliqua autem, quæ ad hanc materiam spectant, prope diem adjiciemus.

CAPUT III.

In quo singulæ species, quæ ad hanc Cæremoniam adhiberi debent, juxta Rabbinorum mentem describuntur.

I. Postquam in superiori Capite de Fundamento hujus Ceremoniæ solliciti fuimus, & qualem Levitici præceptum, quod Judæi in hoc negotio pro se allegaret solent, sensum admittat, inquisivimus, postulat nunc instituti ratio, ut ulterius progressum faciamus, & de singulis hisce speciebus a Mose memoratis, inque Tabernaculorum festo a Judæis adhiberi solitis specialem descriptionem demus, id quod in præsenti & sequentibus Capitibus facere de-crevimus.

II. Cum enim singulæ istæ prædictæ species, non unam, sed varias iterum ac diversas species agnoscant, neque tamen nisi unam de singulis, ad hanc cæremoniam legitime usurpari posse, Judæi uno ore pronuncient, qualis illa sit, & qua ratione a reliquis speciebus differat, indicandum erit, nisi a vero aberrare, aut aliquid, quod a Judæorum mente alienissimum sit, temere proferre in medium velimus.

III. Et quantum ad *Citreum* attinet, quod primum inter illas quatuor species occurrit, sane in ipsa Citreorum specie, innumeras iterum alias species licet deprehendere, ut quas *Limas* vocant, & *Ponciras*, & *Aurantia*, quæ omnes Citreorum quidem nomine veniunt, inter se tamen cum figura, tum colore, tum sapore & odore admodum differunt, id quod ocularis experientia hodie sufficienter confirmare potest. Et jam olim isthanc Citreorum diversitatem observatam fuisse, comperimus, si antiquissimos scriptores Theophrastum, Athenæum, Plinium aliosque evoluimus. Sic enim pro locorum, in quibus nascebantur, aliarumque circumstantiarum differentia, alia *Thyea*, alia *Assyriaca*, & *Medica*, interdum etiam *Persica*, nonnunquam *Hesperica* dicebantur, quæ non tantum varia unius citri speciei nomina fuerunt, uti Cl. Salmasius in suis ad *Solinum Commentariis fol.* 950. *seqq.* asserere visus est, verum diversæ citreorum species, quæ pro diversitate specierum, diversa etiam nomina a Scriptoribus acceperunt. Et quanquam Viro Magno illud facile largiri queamus, Medica mala, (quæ cum Citris eadem esse, omnes Scriptores consentiunt, unico Apulejo id negante, in commentariis illis, quos ex professo de arboribus scripserat, referente Servio *commentario ad Virgilii II. Georg.* his verbis: *apud Medos nascitur quædam arbor, ferens mala quæ Medica vocantur, mox hanc plerique Citrum volunt, quod negat Apulejus in libris quos de arboribus scripserat, & docet longe aliud genus arboris esse;*) interdum etiam Assyriaca & Persica vocata esse, non tamen id de reliquis citris ei concedemus, quæ pro diversa sua a reliquis citris natura & conditione, peculiaria nomina habuisse constat, quo de videri potest doctissimus Spanhemius *diss. 4. de præst. & usu Numismat. pag.* 291. *sqq.*

IV. Hæc ergo Citreorum diversitas atque differentia, apud Veteres æque ac modernos populos observata, vix cum negari queat, ex diversis hisce Citreorum speciebus, quas memoravimus, illa nunc scrutanda nobis atque seligenda erit, quam hodie Judæi in Palmarum Ceremonia unice volunt adhiberi. Hanc etsi nonnulli cum illa, quæ Medicorum sive Persicorum nomen olim gerebat, eandem faciant, nixi Josephi testimonio, quod in præcedenti diss. allegavimus, qui hanc palmarum Ceremoniam describens, Judæos in manibus malum Perseæ, (quod de Medico ibi explicandum esse diximus,) gestasse scribit. Nobis tamen id verosimile non videtur, cum Medici mali descriptio, quam Plinius

nius aliique tradidere, cum Italico aut Europæo citro hodierno minime conveniat. Et licet olim fructum Medici illius mali ad Citrium Judæorum forte accessisse dici queat, quod adversæ sententiæ patroni urgent; haud tamen ideo sequitur hodierni etiam citri figuram cum antiqua illa citri Medici aut Persici, eandem esse. Constat enim omnibus atque singulis, quam pro soli ratione varient nonnunquam eædem arbores aut plantæ, ut jam olim Theophrastus *lib. 2. Hist. Plant. c. 6.* monuit: κατὰ γὰρ τὰς χώρας ὥσπερ καὶ αὐτὰ τὰ δένδρα διαφέρειν καὶ τὰς ἐργασίας οὐκ ἄτοπον. Quare hic ἐπέχειν malumus, quam aliquid incerti sine ullo fundamento asserere.

V. Ut vero de hoc Judaico citrio, quod Judæi אתרוג *Etrug*, sive ut ipsi pronunciant, *Esrig*, appellant, aliqua adjiciamus, hæc quidem citrea in nullis aliis Europæ regionibus nisi in Italia tantum reperiuntur, unde Judæi, qui in Polonia & Germania habitant, singulis annis, statim post finitum Paschatos Festum, potissimum a Genuensibus, magna cum molestia, caroque pretio illa petere opus habent; ubi contingere solet, ut si eo anno non bene inciderint, vel centum Joachimicos pro uno citro solvere teneantur, licet communiter viliori pretio veneant. Quantum ad figuram & Colorem hujus Citri speciei attinet, ejus facies ovata plerumque cerni solet, circa cuspidem paulisper incurvata & quasi morsum repræsentans, quem in memoriam morsus Adami, quo malum de arbore vetita ipse primum admorserat, hodienum illi inhærere Judæi fabulantur, quam ob causam etiam Adami pomum (Adams Apffel) vulgo dici solet. Cæterum in cuspide florem insuper habet, qui si decerptus sit, integrum citrum amplius nullum valorem habet, neque legitime adhiberi potest. Color autem hujus Citri, si quando maturuerit, admodum flavus & auro ferme similis apparet, quantumvis in defectu hujus cum viridi etiam Judæi officio suo satisfacere queant, uti infra pluribus audiemus.

VI. *Palma* sequitur, de qua secundo loco nobis nunc agendum venit, cujus itidem variæ ac diversæ species scriptoribus memorantur. Nam jam suo tempore Plinius XIII. 4. *H. N.* undequinquaginta palmarum genera numerari docet, de quibus ante eum Theophrastus prolixe & haud perfunctorie egerat. Aliæ quidem palmæ pro natali solo *Siculæ*, *Africanæ*, *Creticæ*, *Cypriæ*, *Ægyptiæ*, *Judaicæ*, *Phœniciæ*, *Syriacæ*, *Babylonicæ* &c. dicebantur, e quibus steriles nonnullæ, aliæ vero frugiferæ erant, quarum frequentem mentionem etiam apud Dioscoridem aliosque factam esse reperire licet. In his vero speciebus omnibus prolixe describendis aut examinandis nunc moras non nectemus, quod etiam ante nos jam alii præstiterunt, inter quos Salmasium *Exercit. in Solinum f. 1319. sqq.* & Ezech. Spanhemium *l. c. p. 299. seqq.* allegasse sufficiat. Quod autem nostram palmæ speciem attinet, quæ ex tot palmarum speciebus hic unice in considerationem venit, qualis illa sit & esse debeat, verbis Rabi Mardochai pulchri ex *Levusch bachur cap. 645. num. 2. 3. f. 191. a.* indicabimus: זהו נירולו דרך הלולב. כשיוצא מן הדקל יוצא כולו עץ א׳ כחץ ולאחר שגדל מעט נפתח מעט וכל מה שמוסיף לינדל נפתחין עליו יותר: — בריית העלין וגרולתן כן היא כשהם גדלים נדלים שנים זה לעומת זה משני צירי השדרה וכל עלה כפול ודבוק מגבו ופתוח מלפניו וגב של כל עלה ועלה הדבוק הוא הנקרא תיומת: *Hoc modo Palma crescere solet: quando primum ex medulla exit, tota unam arborem efficit, videturque instar sagittæ esse; postquam autem paulisper increvit, tunc se pauxillum aperit, & quo magis supercrescit, eo magis se folia ejus aperiunt. — Folia autem ita crescere solent, nimirum ut quando incipiunt crescere, paria crescant, unum folium versus alterum a duobus lateribus spinæ dorsi seu medullæ, & quolibet folium duplicatum cernitur, extrinsecus complicatum, intrinsecus vero apertum. Extrinsecum vero cujuslibet folii duplicati vocatur Tijometh* i. e. summitas bifida quo palmæ media folia gemella sive bina eminent. Quæ Palmæ descriptio a Plinii illa *l. 13. c. 4. H. N.* non multum differre videtur: *habens folia cultrato mucrone lateribus in sese bifidatis: præterea lignum cæsum a dorso pulvinata fissura, & in alvo media plerisque umbilicatum, unde primum spargitur radix.* Vid. etiam Maimon. *part. 1. hilch. Lulab. f. 262. & Orach chaim. num. 645.*

VII. Tertio loco הדס sive *Myrtus* a nobis describenda est. Et quantum ad ipsam arborem Myrti spectat, prolixe ejus naturam indicavit sæpe memoratus Plinius XV. 29. & alibi passim. Judæi autem aliquot tantum myrti ramulos hic adhiberi volunt, qui quomodo comparati esse debeant, idem R. Mardochai nos edocet *l. c. c. 646. n. 1.* his verbis: ענף עץ עבות האמור בתורה פירש ענף מעץ

מעץ שענפיו שהם עלי עבים עד שמכסין את עצו והיינו הדס שדרכו להיות כן ולא נמצא מין אחד מן המינים הטובים והיפים שדרכו להיות כן -- והלא הוא הכתיב עבות הוא שיוצאין לפחות שלשה עלין אחר קינה כלומר שיוצאין שלשה עלין סמוכין זה לזה בנבעול אחד בעיגול שאין אחד מהן נמוך מחבירו שכשהם עומדים באופן זה ודאי הם מכסין כל היקף עצו וזה עבות אבל אם היו שנים עלין בשוה בנבעול זה כנגד זה והעלה השלשה למעלה או למטה מהם אין זה עבות אלא נקרא הדס שוטה: *Ramum ligni densarum frondium, qui in Scriptura memoratur, intellige de ramo ex ejusmodi arbore, cujus folia tam densa sint, ut quasi obtegant ipsam arborem: & talis arbor myrtus est, quæ ita unice comparata est, & præter quam nulla alia species bona neque pulchra deprehenditur, cujus mos ita esse solet. -- Quod autem dictum est, densarum frondium, hoc ita intelligendum est, quando scilicet ad minimum tria folia sibi æqualia in uno culmo in circulo exeunt, ita ut unum ex illis non sit declivius quam alterum; & quando sic cernuntur, tunc certe totum circuitum sive ambitum arboris obtegunt, & tunc etiam nomen densarum frondium habere possunt. Quod si vero duo tantum folia æqualia in uno culmo sint unum versus alterum, tertium vero folium emineat, aut declivius siit reliquis, id haud dici poterit densum esse, sed tunc potius myrti spurii nomen merebitur*: quæ prolixjus ctiam explicata reperiuntnr apud R. Nissim *in comment. ad c. 3. Alphes. †. 336. b.*

VIII. Unica ערבות sc. *Salicum* species adhuc superest, quæ ad fasciculum Lulab pertinet, quarum naturam apud Majemonidem *part. 1. Mischn. Thor. hil. Lulab c. 7. fol. 262. a.* ita descriptam reperimus: ערבי נחל האמורות בתורה אין כל דבר הגדל על הנחל אלא מן הידוע הוא הנקרא ערבי נחל. עלה שלו משוך כנחל ופיו חלק וקנה שלו אדום וזה הוא הנקרא ערבה. ורוב מן זה גדל על הנחלים לכך נאמר ערבי נחל. ואפילו היה גדל במדבר או בהרים כשר. ויש מין אחר דומה לערבה אלא שעלה שלו עגול ופיו דומה למסר וקנה שלו אינו אדום וזהו הנקרא צפצפה והיה פסולה. ויש שם מין ערבה שאין העלה שלה חלק ואינו כמסר אלא יש בו תלמים ער מער כמו פי מגל קטן וזה כשר: *Quando in Lege Salicum torrentis fit mentio, id non de omnibus salicibus promiscue intelligi debet, quæ modo ad torrentem crescunt, verum hoc nomine peculiare aliquod salicum genus indigitatur, quod ita dicitur, cujus folium fluvii instar protractum est, & orificium læve, culmus autem ruber, quod salicum genus vere nomen* ערבה *seu salicis possidet. Ratio autem, quare salices torrentis vocentur, est, quod pleræque harum specierum ad torrentem crescunt, quantumvis nihilominus illæ etiam, quæ in deserto aut in montanis crevissent, legitime adhibeantur. Cæterum præter hanc, quam memoravimus, adhuc alia quædam salicis species reperitur, quæ huic, de qua diximus, similis est, atque in hoc tantum ab ea differt, quod hujus folium rotundum sit, & orificium serræ instar, culmus autem non sit ruber, & hæt species malva dicitur atque inidonea est. Imo adhuc tertium quoddam salicis genus datur, cujus folii orificium non læve, nec instar serræ est, sed sulci quidam minuti in ea reperiuntur admodum falcis parvæ, quæ salix legitima est.*

IX. Fere obliti eramus Mensuram sive quantitatem singularum harum specierum definire, in qua tamen describenda ac determinanda non minus accuratissimi sunt Judæorum magistri. Pauca itaque de hac re etiam ex eodem Majemonide *l. c. fol. 263. a.* in medium producemus: כמה שיעור אורך כל מין מהם לולב אין פחות מארבעה טפחים ואם היה ארוך כל שהוא כשר ומדידתו משדרתו ברבו לא מראש העלים. והדס וערבה אין פחות משלשה טפחים. ואם היו ארוכים כל שהן כשרין ואפילו אין בכל בד ובד אלא שלשה עלין לחין כשרין והוא שיהיו בראש הבד. ואם אגד הלולב צריך שיהיה שדרו של לולב יוצא מן ההדס וערבה טפח או יותר. ושיעור אתרוג אין פחות מכביצה ואם היה גדול כל שהוא כשר: *Quænam est mensura longitudinis singularum harum speierum? Palmæ non minor esset debet quam 4. palmorum, etsi vera hanc mensuram excederet, legitima est. Mensuratio autem instituitur a medulla in spina dorsi, minime vero a superficie foliorum. Myrtus vero & salices longitudinem trium palmorum ad minimum habere debent, quod si vero unaquæque species paululum longior foret, nihilominus legitima esset. Et quantumvis in singulis culmis non plura quam tria folia viridia adessent, tamen legitime adhibentur, quod ita intelligas velim, si fuerint in culmi superficie. Quando vero palma cum reliquis speciebus colligitur, necesse est, ut spina ejus ultra myrtum & salices dodrante promineat, vel etiam ulterius. Denique quod citri mensuram attinet, illud ovo minus esse non debet, majus tamen legitime adhibetur.*

CAPUT IV.

De nonnulis Judæorum placitis ac conditionibus, quibus non observatis species illas illegitimas pronunciant.

I. QUod in aliis Judæorum religionis articulis familiare esse deprehendimus, ut innumeras atque infinitas condiriones, & quæ insulsissimis Magistrorum suorum decisionibus nituntur, leges simul suis præscribant, quas eodem rigore, eodemque zelo, quo ipsa divinæ legis præcepta observare teneantur, & quarum una non obsetvata, nec cæteræ aliquem valorem accipiant, idem etiam in hac cæremonia, quam כפי התורה sive ex Legis præscripto eos celebrare diximus, reperire licet. Tam multiplices enim hic a suis illis Leges ac conditiones præscribuntur, quas vel circa omnes species conjuctim acceptas, vel circa singulas attendi volunt, ut si omnes hic recensere vellemus, nauseam nobis & Lectori nostro crearemus. Qua propter ex multis, paucissimas saltem excerpemus, easdemque quam brevissime fieri poterit, Lectori exhibebimns.

II. Quæ in genere circa omnes quatuor species conjunctim sumptas observanda præcipiunt, in compendio Majemonides exhibet *part.* I. *Mischna Thora hilch. Lulab c.* 8. *f.* 264. *b.* cujus verba eo lubentius hic quam aliorum apponimus, dum brevitati studemus: ארבעה מינין האלו שהן לולב והדס וערבה ואתרוג שהיה אחר מהן יבש או גזול או גנוב אפילו לאחר יאוש או שהיה מאשרה הנעברת אף על פי שבטלו האשרה מלעברה או שהיה של עיר הנרחת הרי זה פסול . היה אחד מהן של עבודת כוכבים ומזלות לא יטול לכתחלה ואם נטל יצא . היה כמוש ולא גמר ליבש כשר : *quatuor illæ species, nempe palma, myrtus, salices & citrum, si una ex iis foret arida, aut direpta, aut furto oblata, etiam postquam possessores de restitutione ejus jam desperassent, aut si fuerit ex luco cultui idololatrico destinato, quantumvis lucum illum aboleverint, & cultum ejus intermiserint, aut si fuerit urbis anathematizatæ, omnes inquam illæ species si ita comparatæ sint, inidoneæ sunt. Si vero una ex his fuerit a gentilibus desumpta, non temere adhibetur, si autem quis adhibuerit, nihilominus immunis est: Si aliqua ex iis flaccida fuerit, nec tamen plene arida, idonea est.*

III. Quando vero palma יבש dicatur, aut a quo tempore nomen ariditatis obtineat, inter se Autores non conveniunt, siquidem Autor libri *Col. Bo fol.* 82. 3. palmam tunc aridam vocat, כשבופלין אותו והעלה שלו משתברת *quando complicata folia palmæ confringuntur.* R. Abraham ben David autem citante eodem, שכל זמן שהלך כל מראה ירוק שבו ונהפך ללבן הוא הנקרא יבש שפסול: *quando colorem viridem amisit, & in album colorem mutata est, tunc arida dicitur & inidonea est;* quæ principalis atque maxime conveniens interpretatio esse dicitur in *Magid Mischna*, R. Jom Tovv bar Abraham ad *cit. Majemon. loc.* ubi differentiam etiam inter כמוש כמושין הוא שיש בו עדין & יבש לחות ויבש הוא שאין בו שום לחות אלא הרי הוא כעץ ומראהו הפך לבן: *flaccida dicuntur folia cum adhuc aliquid viriditatis habent, arida autem, quando ne minimum quidem viriditatis amplius adest sed instar ligni arefacti cernuntur, colorque contrarius est viridi nempe albus.* Quo de uberius agit R. Ascher *in com. ad Tr. Talmude Sacca f.* 64.

IV. Uberius hæc explicare deberemus, & quomodo ea, quæ ex Majemonide adduximus, Judæi intelligi velint indicare, nisi longe plures adhuc superessent conditiones, circa singulas species separatim sumptas Judæis in Talmude præscriptæ, quas non minus ac priores illas hic adducere e re nostra esse judicamus. Quia vero prolixiora ea sunt, quæ de hac re ln Talmude reperiuntur, non minus ac illa, quæ apud alios Interpretes in hanc rem annotata sunt, quam ut in hoc compendioso schediasmare omnia afferri possent, prodeat nunc iterum magnum illud Judæorum oraculum, qui fato quodam ac sorte nascendi primus solusque in ea gente intellexisse dicitur, quid sit hoc non ineptire, e cujus *c. l. c.* 8. *f.* 265. *a. seqq.* verba aliqua adduxisse sufficiet: לולב שנקטם ראשו פסול נסדק את נתרחקו שני סדקיו זה מזה עד שיראו כשנים פסול היה עקום לפניו שהרי שדרו כגב בעל הטוטרת פסול היה עקום לאחורה כשר שזו היה ברייתו נעקם לאחר מצדדיו פסול נצררז עלין זה מעל זה ולא נדלדלו בעלי החריות כשר נפרצו עליו והוא שידלדלו משדרו של לולב בעלי החריות פסול ברייה עלין של לולב כך היא כשהם גדלין גדלין שנים שנים ודבוקין מגבן וגב כל שני עלין הדבוקין הוא הנקרא תיומת נחלקה התיומת פסול היו עלין אחת אחת מתחלת ברייתו ולא היה להם תיומת פסול לא היו עלין זה על גב זה כדרך כל הלולבין אלא זה תחת זה אם ראש זה מגיע לעיקר שלמעלה ממנו עד שנמצא כל שדרו של לולב מכוסה בעלין כשר ואם

אין

אין ראשו של זה מגיע לצר עיקרו של זה פסול . הדס שנקטם ראשו כשר נשרו רוב עליו אם נשתיירו שלשה עלין בקן אחר אחד כשר היו ענביו מרובות מעליו אם ירוקות כשר ואם ארומות או שחורות פסול ואם מעטין כשר . ערבה שנקטם ראשה כשרה נפרצו עליו פסול . אתרוג שניקב נקב מפולש כל שהוא פסול ושאינו מפולש אם היה כאיסר או יתר פסול חסר כל שהוא פסול ניטל דדו והוא הראש הקטן ששושנתו בו פסול ניטל העץ שהוא תלוי בו באילן מעוקר האתרוג ונשאר מקומו גומא פסול עלתה חזזית עליו אם בשנים ושלש מקומות פסול ואם במקום אחד אם עלתה על רובו פסול נקלף הקרום החיצונה שלו שאינו מחסרו אלא נשאר ירוק כמוק שהיא ברייתו אם נקלף כולו פסול ואם נשאר ממנו כל שהוא כשר אתרוג שהוא תפוח סרוח כבוש שלוק שחור לבן מנומר ירוק ככרתו פסול נדלו ברפוס ועשהו כמין בריה אחרת פסול עשהו כמין ברייתו אף על פי שעשהו דפין דפין כשר התיום והבוסר כשר מקום שהאתרוגין שלהם כעין שחרות מעוטה כשרין ואם היו שחורים ביותר כארם כושי הרי פסול בכל מקום: *Palma cujus cuſpis diſcerpta eſt, inidonea eſt : ſi ſciſſa fuerit ita ut duo ſciſſuræ latera a ſe invicem diſtent, & quaſi duo appareant, etiam inidonea eſt: ſi ante ſe incurvata ſit ut ſpina dorſi quaſi gibboſa eſſet, inidonea ſimiliter eſt, verum ſi poſt ſe incurvata ſit, idonea eſt, mos enim palmæ eſt ita creſcere ; & ſi ad unum latus incurvata ſit, inidonea eſt : ſi folia a ſe invicem ſeparata eſſent, neque tamen rami palmæ penduli eſſent, idonea eſt: ſi perrupta folia ejus fuerint, ita ut a ſpina dorſi rami ejus dependerent, inidonea eſt. Palmæ autem folia ita creſcere ſolent, ut quando creſcunt, paria creſcant extrinſecus conjuncta, atque extrinſecum iſtud binorum ejuſmodi foliorum conjunctorum Tijometh dicitur ſive ſummitas bifida, quæ ſummitas bifida ſi diviſa fuerit, inidonea eſt : Si ſaltem ab uno latere palmæ folia accreviſſent, & non haberet ſummitatem illam bifidam, inidonea eſt : ſi folia haud ita creviſſent, ut unum eſſet verſus alterum pro omnium palmarum more, ſed unum folium infra alterum foret, ſi cuſpis pertingeret ad radicem ſuperioris, ita ut integra medulla palmæ foliis obtegatur, idonea eſt ; ſi vero cuſpis ad radicem alterius non pertingeret, inidonea eſt. Myrtus cujus cuſpis fracta eſt, idoneus eſt: ſi plurima ejus foliorum pars decidiſſet, ita ut tria ſaltem folia in uno culmo remanſiſſent, idoneus eſt : ſi uvæ plures forent quam folia, ſi modo virides fuerint, idoneus eſt ; ſi vero rubræ aut nigræ eſſent, inidoneus eſt ; ſi pauciores ſint, etiam idoneus eſt. Salix, cujus cuſpis infracta eſſet, idonea eſt ; cujus folia diſrupta eſſent, inidonea eſt. Citrum perforatum, ſi foramen admodum patens ſit, integrum inidoneum eſt ; imo etiam illud, cujus foramen non nimis patens, ſed inſtar aſſarii tantum aut amplius fuerit, inidoneum eſt, ac vel minimum, quod in citro deficit, illud inidoneum reddit. Si mammulæ ejus ſublata ſit, quo nomine venit vertex parva, in qua flos cernitur, etiam inidoneum eſt. Si lignum in quo pendet in arbore, abfuerit in citri ſtirpe, & ejus loco ſaltem aliqua fovea remanſerit, inidoneum eſt. Si impetigo aliqua inſurrexerit, atque in duobus aut tribus locis compareat, inidoneum eſt, & ſi in unt loco tantum at copioſe tamen illa adſit, etiam inidoneum eſt. Si ab ejus exterioritate tegumentum decorticatum fuerit, nihil tamen in citro deſit, ſed remanſerit viride prout creſcere ſolet, ſi integre decorticatum fuerit, inidoneum, ſi ex parte tantum & aliquid remanſerit, idoneum eſt. Citrum quod intumuit, aut putridum factum, aut obductum, aut uſtum, aut nigrum, aut album, aut variegatum, aut viride, viriditatem porrinam habens, inidoneum eſt. Si in peculiari forma creviſſet, aliamque figuram repræſentaret, inidoneum eſt. Aut ſi aliquis artificioſe illud efformaſſet ad modum figuræ ordinariæ, ſi ad latera angulare fuerit, idoneum eſt. Gemella aut immatura etiam idonea ſunt. In illis locis, ubi citrea aliqualem colorem nigrum habent, idonea ſunt, quæ autem tam nigra ſunt ut Æthiops, ubique inidonea ſunt.* Plura vide apud ſæpe cit. R. Mardochai & alios.

V. Hæ omnes ac ſingulæ Judæorum Leges & conditiones non niſi prima feſti tabernaculorum die (ſeptem enim integris diebus hoc feſtum ab iis celebrari infra audiemus,) attendendæ veniunt, reliquis enim diebus, quæ חול המועד dicuntur (ita appellant Judæi dies intermedios profanos feſtorum ſolennium, veluti paſchatis & tabernaculorum, in quibus primus & ſeptimus dies ſacri & feriati ſunt, ab omni opere ſervili exempti ; reliqui autem intermedii ex parte tantum ſacri, in quibus quidem ſacra peragunt, ſed opus præterea ſervile non prohibitum, adhibitis tantum certis circumſtantiis, deſcribente Buxtorf. de *Abbreviat. lit.* חה *p.* 88.) has obſervare haud neceſſe eſt, indicante iterum Maimonide *l. c. f.* 266. *a.* verbis : כל אלו שאמרנו שהם פסולין מפני מומין שבארנו או מפני גזל וגניבה ביום טוב ראשון בלבד אבל ביט שני עם שאר הימין

הכל

הכל כשר: *Omnia illa quæ diximus quatuor illas ſpecies inidoneas reddere propter defectus quos explicuimus, aut propter raptum vel furtum, valorem prima tantum feſti die habent: Secunda vero & reliquis diebus omnia iſta licite adhibentur*, quo de tamen controverſia movetur in Gemara *ad Miſchn.* 1. *Maſſ. Succa cap. Lulab hagazul f.* 29. *b. ſeqq.* quam legere ibi poſſunt, qui otio fruuntur, & in nugis voluptatem quærunt.

VI. Antequam huic Capiti colophonem imponamus, juvabit obſervationem Criticam occaſione vocis ענביו, cujus ſupra §. 4. ex Maimonide mentionem injecimus, adnectere, quod vocabulum *uvas* ſeu *baccas* denotare debere ipſe contextus docet. Neſcio autem quo fato factum ſit, ut in pleriſque Rabbinorum libris, ubi occaſione myrti deſcribendi, vocabulum hoc adhibitum cernimus, pro ענביו per ב, ubique ſcriptum ſit ענפיו per פ, *ramum* ſive *frondem* ſignificans, a mente Autoris & integri contextus ſcopo plane alienum: niſi forte inſcitiam hic & incuriam librariorum, eorum maxime, qui hodie Judæorum libros e Judæis corrigere ſolent, plerumque in his literis admodum rudium accuſare velimus, quam tamen ſuorum oſcitantiam, jam ſuo tempore ſe in plurimis codicibus obſervaſſe conqueritur Maharil, ſive ut verum nomen ejus exprimamus, R. Jacob fil. R. Moſche Halevi, in *ſuis Minhagim f.* 72. *a edit. Savionett. A.* 316. *ſ. A. C.* 1556. ut mirum ſit, eundem errorem in illis etiam libris, qui poſt Maharil obitum impreſſi ſunt, toties comitti potuiſſe. Merentur hujus Autoris de hac re verba adſcribi, cum ipſum libellum non in omnium manibus verſari nobis perſpectum ſit. Ita autem ille in *c. l.* ubi ipſum vocabulum ענביו ſimul explicat: ענביו ר״ל הגרעינים שתולין בו וכמעט דומין לגרעינים פלפלין ולשון ענביו כמו ענבי גפן לכן טעות הוא בכל ספרים שכתוב בהן ענפיו בפא ואמר שראה כמה ספרים בטעות זה אך לשון ענפיו אשכח׳ במקום אחר ענפיו חופין את בדיו: *Uvæ, i. e. botri ſeu granula, quæ a myrto dependent, quorum aliqua videntur eſſe ut grana piperis. Vox autem* ענביו *hic eodem modo adhiberi poteſt, prout adhibetur de uvis vitis. Idcirco error in omnibus libris commiſſus eſt, ubi* ענפיו *ſcriptum legitur per* פ. *Pro certo autem Maharil aſſeruit, ſe hunc errorem in plurimis libris advertiſſe. Vox tamen* ענפיו *alio in loco invenitur adhibita, nempe ibi ubi dicitur*, cujus folia obtegunt frondes ſuas.

CAPUT V.

In quo ratio exponitur, ob quam Judæi in his ſpeciebus determinandis adeo accurati ſint, & cur tam ſedulo caveant, ne in his forte aliquid peccetur.

I. NON immerito aliquis mirari poſſet, tam infinitas de his quatuor ſpeciebus legitime adhibendis, Judæis leges præſcriptas eſſe, ſi quare illud factum ſit, haud perſpectum cognitumque habeat. At vero uti in aliis eorum ritibus ita & hic myſteria latere debent. Ferunt enim iſtas quatuor ſpecies *quatuor Exiſtentia* ſc. *Deum, Angelos, Corpora Cœleſtia, & mundum inferiorem* denotare; uti ergo ad horum cultum maxima veneratio atque ſanctitas requiritur, ita ſimiliter etiam ſigna eorum, ſub quibus illa abſconduntur, maximam ſui venerationem & cultum poſtulant, ut accedant ad ſplendorem illius quod repræſentant. Non minus omnes iſtas ſpecies ad *Deum Opt. Max.* alludere dicunt, item ad *quatuor Patriarchas* eorumque *uxores*; volunt etiam cum iis *populum Iſraeliticum* denotari, nec non *quatuor monarchias* aliaque ſimilia. Horum itaque intuitu ſummam curam atque diligentiam impendere oportet, ne forte aliquid, quod vel in ignominiam eorum, aut detrimentum cedere poſſit, peragatur. Non prolixi erimus in verbis Rabbinorum allegandis, quamvis multa in hanc rem in eorum libris annotata reperiantur. Pauca tamen de his ex *Rabboth* libro antiquiſſimo & multæ apud Judæos auctoritatis, excerpemus, quæ f. 163. 4. ſeqq. *de Deo Opt. Max., de* 4. *Patriarchis, de cœtu Iſraelitarum, de* 4. *partibus eſſentialibus corporis humani &c.* ibi afferuntur: פרי עץ הדר זה הקרוש ברוך הוא שכתוב בו הוד והדר לבשת. כפות תמרים זה הקרוש ברוך הוא שכתוב בו צדיק כתמר יפרח. וענף עץ עבות זה הקרוש ברוך הוא דכתיב והוא עומד בין ההדסין וערבי נחל זה הקרוש ברוך הוא דכתיב ביה שמו. דבר אחר פרי עץ הדר זה אברהם שהדרו הקרוש ברוך הוא בשיבה טובה שנאמר ואברהם זקן בא בימים. כפות תמרים זה יצחק שהיה כפות ועקור על גבי המזבח. וענף עץ עבות זה יעקב. מה הדס .זה רחיש בעלים כך היה יעקב רחיש בבנים. וערבי נחל זה יוסף מה ערבה זו כמושה לפני שלשה מינין הללו כך. מת יוסף לפני אחיו: דבר אחר פרי עץ הדר זו שרה שהידרה הקרוש ברוך הוא בשיבה טובה שנאמר ואברהם ושרה זקנים.

זקנים . כפות תמרים זו רבקה מה תמרה זו יש בה אוכל ויש בה עוקצין כך העמיד רבקה צדיק ורשע . וענף עץ עבות זו לאה מה הדס זה רחוש בעלים כך היתה לאה רחושה בבנים . וערבי נחל זו רחל מה ערבה זו כמושה לפני שלשה המינין כך רחל מתה לפני אחותה:

דבר אחר פרי עץ הדר זה סנהדרי גדולה של ישראל שהידרה הקדוש ברוך הוא בשיבה טובה שנאמר מפני שיבה תקום . כפות תמרים אלו תלמידי חכמים שכופין את עצמן ללמוד תורה אלו מאלו. וענף עץ עבות אלו שלשה שורות של תלמידים שיושבין לפניהן . וערבי נחל אלו שנים סופרים של דיינים שעומדים לפניהם וכותבים דברי המזכים ודברי המחייבים: דבר אחר פרי עץ הדר אלו ישראל מה אתרוג זה יש בו טעם ויש בו ריח כך ישראל יש בהם בני אדם שיש בהם תורה ויש בהם מעשים טובים. כפות תמרים אלו ישראל מה התמרה הזו יש בו טעם ואין בו ריח כך הם ישראל יש בהם תורה ואין בהם מעשים טובים . וענף עץ עבות אלו ישראל מה הדס יש בו ריח ואין בו טעם כך ישראל יש בהם שיש בהם מעשים טובים ואין בהם תורה . וערבי נחל אלו ישראל מה ערבה זו אין בה טעם ואין בה ריח כך הם ישראל יש בהם בני אדם שאין בהם לא תורה ולא מעשים טובים . ומה הקדוש ברוך הוא עושה להם . לאבדן אי איפשר אלא אמר הקדוש ברוך הוא יקשרו כלם אגודה אחת והן מכפרים אלו על אלו ואם עשיתם כך אותה שעה אני מתעלה הלא הוא דכתיב הבונה בשמים מעלותיו ואימתי הוא מתעלה כשאין עשויין אגודה אחת שנאמר ואגודתו על ארץ יסדה לפיכך משה מזהיר לישראל ולקחתם לכם ביום הראשון:

Fructus arboris pulcherrimæ eſt Deus ſanctus Benedictus, de quo ſcriptum eſt (*Pſ.* CIV. I. *decorem & majeſtatem induiſti* . Rami palmarum ſunt D. S. B. de quo ſcriptum eſt (*Pſ.* XCII. 13.) *juſtus ut palma germinabit* . Rami arborum denſarum ſunt D. S. B. quia ſcriptum eſt (*Zach.* I. 8. *ſtat inter myrtos* . Salices de torrente ſunt D. S. B. de quo ſcriptum eſt (*Pſ.* LXVIII. 5.) *extollite eum qui inſidet amænitatibus de nomine ejus*. Alia expoſitio : Fructus arboris pulcherrimæ eſt Aaraham, quem Deus honore affecit bonæ ſenectutis, uti (*Gen.* XXIV. 2.) dicitur, *& Abraham ſenex erat vergens ætate* . Frondes palmarum ſunt Iſaac , qui curvatus & colligatus erat ſuper altari . Rami autem arborum denſarum ſunt Jacob ; quomodo cum hoc myrto comparatum eſt ? foliis totus implexus eſt , ſic & Jacob liberis circumdatus erat. Salices de torrente ſunt Joſeph. Quomodo cum hac ſalice ſe res habet? flaccida eſt reſpectu trium reliquarum ſpecierum; ſic etiam Joſephus ante fratres ſuos mortuus erat . Alia expoſitio: Fructus arboris pulcherrimæ eſt Sara, quam Deus honoravit cum ſenectute . Scribitur enim (*Gen.* XVIII. 11.) *Abraham & Sara ſenes erant*. Palmæ frons eſt Rebecca. Quomodo cum hac palma comparatum eſt? In ea reperitur cibus & aculei ; ſic & Rebecca perſtitit juſta & improba . Rami arborum denſarum ſunt Leha : quomodo cum myrto ſe res habet? perplexus eſt foliis; ſic & Leha liberis circumdata erat . Salices de torrente ſunt Rachel. Quomodo cum hac ſalice compatatus eſt ? Flaccida eſt reſpectu reliquarum ſpecierum ; ſic etiam Rachel mortua eſt præ ſorore ſua .

Alia expoſitio : Fructus arboris pulcherrimæ eſt Synedrium magnum Iſraelis , quos Deus decoravit pulchra ætate, quemadmodum ſcriptnm eſt (*Levit.* XIX. 32.) *coram canitie ſurgito*. Frondes palmarum ſunt ſapientes , qui ſeipſos humiliant , ut unus ab altero legem diſcat . Rami arborum denſarum frondium ſunt tres ordines diſcipulorum , qui ad pedes Rabbinorum ſedere ſolebant . Salices ſunt duo ſcribæ judicii , qui coram judicio ſtant , atque verba juſtorum & injuſtorum annotant : Alia expoſitio : Fructus arboris pulcherrimæ eſt Iſrael . Nam quomodo cum citri malo ſe res habet ? ſaporem & odorem habet ; ſic & inter Iſraelitas homines reperiuntur, qui tam eruditione, quam bonis operibus conſpicui ſant , Frondes palmarum ſunt Iſrael : nam quomodo cum hac palma comparatum eſt? ſaporem quidem habet, ſed nullum odorem ſic & inter Iſraelitas quidam reperiuntur, qui eruditionem quidem habent , ſed nulla bona opera ſive pietatem . Rami arborum denſarum ſunt Iſrael : quomodo cum myrto ſe res habet? odorem quidem habet , ſed nullum ſaporem ; ſic & in Iſraele quidam ſunt , qui bona opera præ ſe ferunt, ſed nullam eruditionem. Salices denique etiam ſunt Iſrael . Nam quomodo cum hac ſalice ſe res habet? illa nec odorem nec ſaporem habet ; ſic & inter Iſraelitas quidam ſunt , qui nec eruditione nec bonis operibus excellunt . Cum his omnibus itaque Deus ecquid facere debet? ut eos omnes perderet , hoc impoſſibile eſt: idcirco jubet ſanctus Benedictus, ut omnes in unum faſciculum colligentur, ſic unus pro altero expiare poterit . Jam itaque ſi vos etiam hac ratione feceritis, ego a vobis laude afficiar. Illudque eſt , quod ſcriptum legitur (*Amos* IX. 6. *qui in cœlo ſedem ſuam figit*.

figit, id eſt dignitatem ſuam. Quando autem Deus dignitate afficitur? cum in unum faſciculum iſtæ quatuor ſpecies colligantur, uti porro ibi ſcriptnm extat: *cuneum ſuum ſuper terram fundat*. Idcirco Moſes hortatur Iſraelitas, ut primo die quatuor illas ſpecies ſumant.

Et poſt pauca ſequitur alia adhuc explicatio ex *Pſ.* XXXV. his verbis: כל עצמותי תאמרנה יהוה מי כמוך לא נאמר פסוק זה אלא בשביל לולב . השדרה של לולב דומה לשדרה של אדם וההדס דומה לעין והערבה דומה לפה והאתרוג דומה ללב . אמר דוד אין בכל האיברים גדול מאלו שהן שקולין כנגד כלו הגוף הוי כל עצמותי תאמרנה : Verba illa (ex *Pſal.* XXXV. 10.) *omnia oſſa mea dicunt, Domine quis par eſt tibi?* nullum alium in finem dicuntur, quam reſpectu τῦ Lulab: Nam ſpina palmæ ſimilis eſt ſpinæ dorſi hominis; myrtus oculo, ſalices ori, citrum cordi. Jam itaque David ait, inter omnin membra hominis nulla præſtantiora eſſe quam hæc quatuor hæc enim tanti ponderis ſunt, ut integrum reliquum corpus. Atque illud ſignificat, *omnia oſſa mea dicunt* &c.

II. Omnes hæ & aliæ plures allegoricæ ac myſticæ interpretationes paſſim etiam reperiuntur in *Akedath Itzchack f. 229. a. ſq. edit. Venet. A. 325. Thorath Moſche* R. Alſchec *f.* 205. 3. *ſq. Chazkuni f.* 105. *edit. Cremon. A.* 319. 4. *Hilchoth Gedol f.* 34. 2. & in *Jalkut f.* 187. 4. *ſq.* Imprimis antem hic eminet R. Bechai, qui prolixius eaſdem explicationes myſticas proſequitur, oſtendens fundamentum atque vim illarum, ex quo illa ſaltem verba hic af. feremus, quæ occaſione applicationis ad quatuor Patriarchas in ſuo *commentar. in Legem f.* 158. 1. adducit his verbis: והכונה בכל זה שאנו רומזין במצות הלולב זכות של אבות ומבקשים רחמים לפני הקדוש ברוך הוא שיגין עלינו בזכותם שכן מצינו משה אדון כל הנביאין שמתפלל בזכות האבות הוא שאמר זכור לאברהם ליצחק ולישראל עבריך : *Scopus horum omnium* (quæ hactenus de 4. Patriarchis &c. diximus, quod illos præceptum Lulab reſpiciat) *eo tendit, ut ad præceptum iſthoc de Lulab referamus patrum merita, atque apud Deum gratiam quæramus, ut cum eorum meritis nos protegere velit. Nam hac ratione etiam Moſen Dominum omnium Prophetarum cum patrum meritis orantem reperimus, quando dicebat:* Recordare Abraham, Iſaac & Iſraelis ſevorum tuorum (Exod. XXXII. 13.) Concludit R. Bechai, oſtenditque, quomodo hæ quatuor Monarchias reſpiciant, ut citrum regnum Babel; Palma regnum Mediæ; Græciam myrtus; & denique ſalices regnum Edom ſeu Romanum repræſentent: cui interpretationi elegantem denique allegoriam annectit, quando quatuor iſtas ſpecies ad mercedem vitæ præſentis & futuræ, quas tamen ejus interpretationes omnes ut & reliquorum Rabbinorum nunc adducere non vacat.

CAPUT VI.

In quo ipſa Ceremonia enarratur, quomodo hodie a Judæis peragitur.

I. Audivimus ſatis prolixe, quænam ſint illæ ſpecies, quas ad hanc ſuam ceremoniam Judæi adhibere ſolent, & qua ratione eas comparatas eſſe oporteat, ſi legitime uſurpari debeant. Has ergo ſpecies, ſi illæ eo modo ſeſe habeant, quemadmodum eas deſcripſimus, decimo quinto die menſis Tiſri, qui ex noſtra computandi ratione dies 14. Setembris eſt, ubi primus feſti Tabernaculorum dies incipit, accipiunt, & palmæ quidem unam ſaltem ſpathulam, nec non unicum tantum citrum, myrti vero ramos tres & ſalicis duos, eaſdemque præter citrum in unum faſciculum colligant, qui faſciculus deinceps a potiori ſpecie, quæ palma eſt, denominationem ſuam accipit, & uno nomine Lulab appellatur.

II. Quando ita in unum palmæ, myrti atque ſalicum rami colligati ſunt ſumunt illum faſciculum in dextram, citrum vero ſiniſtra manu complectuntur, benedictionemque dicunt conſueta formula: ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר קרשנו במצותיו וצינו על נטילת לולב *Benedictus ſit Dominus Deus noſter Rex mundi, qui nos ſanctificaſti in præceptis tuis, nobiſque præcepiſti ſumere Lulab*. Quæ benedictio ſtatim eo momento, quo faſcioulum manibus prehendunt, adjici debet, ne alia actio præcedat benedictionem, cum uti in omnibus aliis rebus, ita etiam hic benedictio actionem præcedere debet, quemadmodum fuſe illud annotavit Autor libri *Levuſch hachur in Hilchoth Lulab* ɔ. 651. *n.* 5 Ratio autem, quod benedictionem tantum ſuper Lulab, non vero ſuper reliquas etiam ſpecies faciant, iſta a Judæis redditur מפני שהוא הגדול והגביה בתוך האגודה *quia palma maxima eſt, altiſſimeque prominet in faſciculo*. Conf. *l. c.* ex Mardochai *n.* 2. & *Hilchoth Gedol. f.* 33. 3. quantum vis etiam ſuper ſingulis ſpeciebus pecu-

liaris benedictio dici queat, quo de iterum vid. Mardochai *l. c. n.* 13. De eo etiam dubium moveri ſolet, quare ſuper ſumptione non vero ſuper agitatione faſciculi benedictio peragatur, cujus rationem reddit Autor libri *Colbo f.* 80. 4. quia ſumptio fundamentum ſit præcepti, nam ſcriptum extat, *& ſumetis vobis*.

III. Benedictione facta ipſum actum ſuſcipiunt, qui hoc modo peragi ſolet. Dextram, in quo faſciculum Lulab habent, cum ſiniſtra, quæ citrium tenet, uniunt, atque ſic concutiunt faſciculum, eum ad quatuor mundi plagas impellentes, ter verſus orientem, ter verſus meridiem, ter verſus occidentem, ter verſus ſeptentrionem, dein ter ſurſum in aera, ter denique deorſum verſus terram, & quidem ita, ut non modo ante ſe faſciculum propellant, ſed etiam ſingulis tribus vicibus iterum ad ſe attrahant, adeo ut 36. vicibus faſciculus agitetur & moveatur, uti ex Majemonide *Hilch. Lulab p.* 1. *f.* 262. aliiſque conſtat. Atque hanc faſciculi agitationem ſeu concuſſionem non modo in ædibus privatis, verum potiſſimum in ſynagoga eo tempore facere ſolent, cum in oratione ſua ad Hallel, (quo nomine Judæis venit hymnus quidam κατ' ἐξοχὴν ſic dictus, qui Pſalmum 113. 114. 115. 116. 117. 118. complectitur, uti videre eſt in *Seder Tephilloth P.* 1. *f.* 84. *ſeqq. edit. Amſtel.* quem hymnum in tribus feſtis majoribus potiſſimum dicere Judæi conſueverunt, de quo plura annotavit Ababanel *in Sevach Peſach fol.* 51.) & imprimis ad ea verba perveniunt הודו ליהוה כי טוב *laudate Dominum quia bonus eſt*, quæ in initio & fine Pſ. 118. extant, item ad ea verba, אנא יהוה הושיעה נא *obſecro Domine ſalva nunc* &c. ubi שליח ציבור ſive miniſter ſynagogæ eum agitare ſolet, privati autem ſingulis vicibus, quandocunque הודו dicunt, quod pluribus vicibus in illo pſalmo occurrit.

IV. Sciendum enim non modo a miniſtro Synagogæ hanc faſciculi motionem pro omnibus qui ſunt in ſynagoga fieri debere, quemadmodum alias cum aliis ceremoniis & ritibus ſe res habet, ubi unus pro omnibus in ſynagoga ſacra peragit, verum etiam ſingulis ſynagogæ membris competit, ut quilibet cum ſuo Lulab ſeu faſciculo hanc concuſſionem & agitationem peragat. Ideoque ſinguli etiam proprium ejuſmodi faſciculum Lulab habere debent, neque aliquis primo feſti die cum alterius faſciculo debitum ſuum exſolvere poteſt, niſi tanquam donum ab altero acceperit. Atque ſic hodie, ubi non palmæ minus qnam citria rariora ſunt in Europæ regionibus, præcipue illis quæ Germaniæ & Poloniæ viciniores ſunt, quam ut quilibet Judæus proprium ſibi hujuſmodi faſciculum acquirere poſſit, ſæpe iu integra ſynagoga tres aut duos, interdum etiam unum ſaltem talem faſciculum deprehendimus quo omnia ſynagogæ membra utuntur, & quidem ita, ut ſemper alter alteri dono det, cum hac tamen tacita conditione ut iterum illum reſtituat, qua ratione tandem iterum ad ſynagogam redit. Quod ſi vero alter alteri mutuo dederit, illa actio valorem nullum habet, ſed expreſſe requiritur, ut dono datum fuerit, qua de re plura reperiuntur in Maimon. *P.* 1. *f.* 266. *b. Colbo f.* 83. 2. *Hilchoth. Gedol. p.* 33. 2. *Siphra f.* 52. *Levuſch hachur f.* 658. *n.* 3. *ſeq.* & alibi.

V. Neque vero hac concuſſione & agitatione iſtius faſciculi integer actus abſolvitur, ſed inſuper etiam cum eodem faſciculo aliam ſolennitatem peragunt, nempe ut incinentes hymnos aliquot, ſemel etiam quocunque die circumeant altare parvum aut pulpitum *Almembra* dictum, quod in ſynagoga extat, uti conſtat ex Maimon. *hilchoth Lulab c.* 7. *num.* 23. *f.* 264. וכבר נהגו ישראל בכל המקומות להניח תיבה באמצע בית הכנסת ומקיפין אותה בכל יום כדרך שהיו מקיפין את המזבח זכר למקדש *Jam in more habent Iſraelitæ ubique locorum, ſiſtere arcam ſeu pulpitum in medio ſynagogæ, illudque circuire per ſingulos dies* (hebdomadæ Tabernaculorum) *juxta ritum priſcum circumeundi altare, & hoc in memoriam ſanctuarii*. Ubi quidem nobis examinandum venit, in quo conſtiterit ritus ille priſcus circumeundi altare, de quo Maimonides loquitur, in cujus memoriam utcunque ſe ſuam ſolennitatem hodie retinere Judæi exiſtimant. Et Julius quidem Bartoloccius *P.* 2. *Bibl. Rabbin. f.* 690. originem hujus circuitionis ali ceremoniæ adſcribit, quæ olim ſtante templo a Judæis cum effuſione aquarum peracta fuerit. Olim enim maxima hujus feſti ſolennitas conſiſtebat in שאובה *hauſtione* ſive ניסוך המים *effuſione ſeu libatione aquarum*, ubi poſt juge ſacrificium matutinum ſacerdos quidam cum aureo cantharo ſive amphora ibat ad piſcinam Siloah, quæ juxta R. Salomonem & Obadiam de Bartenora in *not. ad Miſchn. mox citandum* erat מעיין סמוך לירושלם *fons prope Jeruſalem ſitus*, & forte idem

eſt,

eſt, cujus aquæ commendantur ab *Eſaia c.* 8. 6. ibique aquam hauriebat, quam deinceps per portam aquæ in atrium reverſus maximoque jubilo exceptus, ſuper altare, cui membra victimæ erant impoſita, effundebat, uti ſummatim hic ritus deſcribitnr in *Miſna Tr. Succa c.* 4. *f.* 48. *a.* atque tunc totus populus occupatus erat circa cultum religionis ניסוך המים, cumque appropinquaret is, qui amphoram portabat eum populus cum magna lætitia excipiebat, ſimulque cum eo altare, ſuper quo tunc aqua effundenda erat, circuibat. Neſcio autem, an ſingulis hujus feſti diebus, an vero ſeptimo ſaltem die, hæc effuſionis aquarum ceremonia peracta fuerit, de quo nec in cit. Miſna, nec etiam in Maimonide aliquid reperire potui. Poſterius quidem aſſeruit Bartoloccius, verum de eo dubitandi anſam mihi ſuppeditavit Joh. Meyerus *in diatr. de feſtis p.* 351. qui ſeptem diebus feſti illud factum eſſe dicit. Et certum quidem eſt, fatente eodem Bartoloccio *l. c. f.* 692. quod ſingulis hebdomadæ diebus ſoliti olim fuerint altare circuire, & die ſeptimo feſtivitatis ſepties per gyrum altaris hos proceſſionales inceſſus replicaſſe. Quod ſi igitur non duæ diverſæ actiones & circuitiones fuerint, falſum quidem erit Bartoloccii aſſertum. Nam etiam Maimonid. cit. loc. teſtatur, שבכל יום היו מקיפין את המזבח בלולביהן פעם אחד ואומרים אנא יי׳ הושיע נא אנא ה׳ הצליחנא. וביום השביעי מקיפין את המזבח שבע פעמים וכו׳ *quod ſingulis hebdomadæ diebus olim ſemel circuiverint altare, Lulab in manibus ferentes, & dixerint, obſecro Domine ſalva nunc, obſecro Domine proſperare nunc: in die autem ſeptimo circuiverint altare 7. vicibus*. Solentque idipſum hodienum Judæi ſeptima hujus feſti die facere, licet ædes & altare jam diu diruta ſint atque everſa. Abſoluta enim oratione *Muſſaph ſeu auctaria* (quo nomine preces veniunt, hodie diebus feſtis recitandæ, quarum loco olim ſacrificia peregerunt,) omnes libros legis ex arca depromunt in honorem feſti, etſi mille in ea fuiſſent, ſubindeque incipiunt הקפות f. circuitiones circa ſuggeſtum, quas ſeptem vicibus peragunt, qui dies propter ſingularem ſuam ſanctitatem etiam Hoſchanna Rabba ſive Hoſanna magnum appellatur.

VI. Hoc enim die nonnullas ſpeciales ceremonias addere ſolent, quod quinque intermediis diebus poſt diem primum, qui חול המועד ſive dies interfeſti dicuntur non faciunt, qui eodem modo, quantum ſcilicet ad concuſſionem faſciculi atque circuitionem pulpiti attinet, celebrantur. In die vero ſeptimo non modo pſalmos multiplicant, atque lucernas in ſynagogis augent, verum etiam ſuggeſtum cum faſciculo Lulab ſeptem vicibus circumeunt, cum præcedentibus diebus ſemel modo illud fecerint. Præterea in eo die ſuperaddunt ramulos ſalicis, præter illos, quos colligatos habent in faſciculo, cumque illis ſimul ſeptem vicibus ſuggeſtum circumeunt, qui ramuli idcirco etiam הושענות dici ſolent, atque ipſe dies ſeptimus feſti tabernaculorum ערבה vocatur, non quidem a ramulo ſalicis colligato in faſciculo Lulab, ſed ab aliis ramis ſalicum, de quibus modo diximus. Hanc functionem olim etiam viguiſſe conſtat ex Miſna Tr. Succa c. 4. f. 45. quod clarius explicatum legitur apud Maimonidem *Hilc. Lulab. cap.* 7. *num.* 20. *f.* 264. *Vid. etiam Levuſch hachur cap.* 664.

VII. Atque hæc eſt breviſſima hujus ceremoniæ deſcriptio. Non diffiteor, hæc prolixius longeque accuratius a nobis pertractari potuiſſe, imo etiam debuiſſe, verum cum profectus noſtri illud non permittant, atque etiam aliæ rationes iſta prolixius deſcribere prohibuerint, filum hic abrumpere commodum judicavimus. Majora pollicemur, ubi ad provectiorem ætatem aliquando perveniemus. De cætero coronidis loco adhuc aliqua de difficili Matthæi loco adjicere placuit, quem de hoc ritu atque ceremonia agere, nonnullis viſum fuit; ſed & de his benignum Lectoris judicium nobis pollicemur.

CAPUT VII. & ULTIM.

Ubi diſquiritur circa locum Matth. XXI. 8. 9. *utrum de hac noſtra ceremonia in eo agatur?*

I. INvitat nos famoſiſſimus locus, qui apud Matthæum reperitur, ut poſt tot doctiſſimos viros, qui de illo egerunt, hic etiam, ubi palmarum ceremoniam ex Judæorum ritibus delineavimus, ejus rationem habeamus, & utrum de hac Judæorum ceremonia intelligendus ſit nec ne, paucis indicemus. Antequam autem diverſas Interpretum ſententias in medium proferamus, prius integrum locum, qui Matth. XXI. 8. 9. legitur, huc tranſcribemus, ut deinceps eo melius judicium de eo formari poſſit. Ο' δὲ πλεῖστος ὄχλος ἔστρωσαν ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐν τῇ ὁδῷ· ἄλλοι δὲ ἔκοπτον

κλάδυς ἀπὸ τῶν δένδρων, καὶ ἐστρώννυον ἐν τῇ ὁδῷ· Οἱ δὲ ὄχλοι οἱ προάγοντες καὶ οἱ ἀκολυθῦντες, ἔκραζον, λέγοντες· Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίυ· Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. quæ latine ita ſonant: *Plurima autem turba ſtraverunt veſtimenta ſua in via: alii autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via: turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ ſequebantur, clamabant: dicentes: Hoſanna filio David: benedictus qui venit in nomine Domini: Hoſanna in altiſſimis.* Conf. loca parallela Marc. XI. 8. 9. Luc. XIX. 36. 37. Joh. XII. 12. Apoc. VII. 9. 10. quæ tamen a Matthæi loco nonnihil diſcrepant.

II. Cl. Lightfootus, qui intempeſtive nonnunquam quædam Novi fœderis loca ad Judaicas ceremonias referre aſſuetus eſt, in *Horis Hebr. Talmud. ad Matth. cit. loc. pag.* 230. *edit. Cantabr.* non diffitetur, de hac Judaica ceremonia etiam illum locum accipi debere, cœtumque Judæorum propter ſingularem lætitiam & hilaritatem, quæ feſto Tabernaculorum præ omnibus aliis feſtis propria erat, quam ex Meſſiæ adventu percipiebant, Chriſtum jam ad Paſcha accedentem, cum ſolennitate feſti Tabernaculorum excepiſſe, & non modo palmas in manibus geſtaſſe, ſed etiam Hoſanna occinuiſſe ſicut feſto Tabernaculorum fieri moris erat: cui ſententiæ non refragaremur, ſi menſe Septembri, quo feſtum Tabernaculorum celebrari debebat, juxta ipſiſſimum Dei mandatum *Levit.* XXXIII. 39. 40. non vero tempore Paſchali hæc accidiſſent. Equidem Lightfootus, & cum eo H. Grotius in ſuis *ad Matth. Annotat. pag.* 353. *edit. Amſtel.* 1641. dubium iſthoc ſolvere laborant, quando ex ſingulari aliqua lætitia, quod Meſſiam præ oculis haberent, a quo grandia expectarent, ſolemnia hujus feſti in honorem Meſſiæ peregiſſe dicunt; quia vero jam non ſolenniter, quod ſolitum feſto Tabernaculorum, occineretur magnum Hallel, de quo præced. cap. 5. dictum, eo quod ſubitanea eſſet præſens actio, abſorptam quaſi eſſe totam cantionis iſtius celebritatem in frequenti geminatione & regeminatione τῦ Hoſanna, prout in templo ſolitum, dum circuirent Altare. Enimvero hæc omnia nondum evincunt, illud quod Lightfootus probare nititur, nam etſi inficias ire nolim ſingularem lætitiam feſto Tabernaculorum propriam fuiſſe, haud tamen ideo continuo ſequitur, ſemper hanc palmarum ceremoniam celebratam fuiſſe, ubi hilaritatem ſuam populus Judaicus prodere voluit. Et ſane vel unus Evangeliſtarum vel verbo illud innuiſſet, ſi ita factum fuiſſet, quemadmodum 2. *Maccab.* X. 6. 7. expreſſe dicitur, Judæos 25. m. Kisleu, qui eſt 22. d. Novembr. in feſto חנכה *in lætitiam recuperatæ urbis ſanctæ, diebus octo agitaſſe formam feſti Tabernaculorum, thyrſos & ramos ſpecioſos etiamque palmas habentes, hymnos ceciniſſe;* quod ideo hoc tempore repetitum, quia antea non rite illud feſtum celebraverant, dum extra urbem Hieroſolymam conſtituti erant, idcirco nunc de novo illud, accedente ſingulari lætitia, quam ex urbe recuperata percipiebant, celebrare voluerunt. Non minus illa etiam contorta eſſe videntur, quæ Lightfootus de cantione τῦ Hoſanna & abſorptione τῦ Hallel adjicit, cum ſi feſtum Tabernaculorum celebraſſent, neceſſario etiam hanc cantilenam Hallel incinere debuiſſent, quam etiam intra illud tempus, quo Chriſtus Hieroſolymam ingrediebatur, facile abſolvere potuiſſent, cum veroſimile ſit, hunc Chriſti ingreſſum non in momento peractum eſſe, ſed per aliquod temporis ſpatium duraſſe.

III. A Lightfooti ſententia non parum illi abeſſe videntur, qui Hoſanna ipſos ſalicum & myrtorum ramulos una cum ſpatulis palmarum, ex quibus conflabant faſciculos feſtivos pro ſolennitate feſti Tabernaculorum, denotare arbitrantur, utut huic opinioni ipſe Lightfootus non aſſentiatur. Primus hanc ſententiam excogitavit Angelus Caninius in *diſquiſitionibus in loca aliquot N. T. T. IX. Sacr. Criticorum p.* 3688. inſertis, ubi p. 3698. ſq. ex priſcis Judæis, quorum plerique Chriſti ætate vixerunt, hanc ſuam ſententiam probare ſatagit, nempe ipſum palmæ, ſalicum ac myrti faſciculum Hoſanna olim appellatum fuiſſe, populumque, quando Hoſanna Meſſiæ acclamavit, ſe Hoſanna h. e. ramos ferre filio David, eumque Deum ac Meſſiam agnoſcere, faſſum eſſe. Atque hanc interpretationem ſe ideo potiſſimum excogitare opus habuiſſe, quod alias, quæ in Evangelio de voce turbæ clamantis, *Hoſanna filio David*, legimus, haud apte exponi poſſint, quem nodum neminem hactenus ſolviſſe aſſerit.

IV. Neque tam mature iſta excogitaverat Caninius, ut non ſtatim magno cum applauſu ab aliis reciperentur. Unde non tantum apud Baronium *Tom.* I. *Annal. Eccleſ. ad A. C.* 34. *n.* 5. 6. 7. *p.* 142. eadem interpretatio, non indica-

cato tamen Caninii nomine, legitur, verum etiam a Petro Possino *in Spicilegio Evangelico*, *Catenæ Græcor. Patrum in Marcum* ab ipso editæ, annexo, *pag.* 426. multis verbis defenditur; qui non dubitandum videri ait, quin Hosanna significet ramos arborum, quos in honorem Christi abscissos ex arboribus, tum in via sternebant, tum præter illos alios præferrent manibus alte sublatos; atque hoc indicare Dativum *filio David*, a Matthæo expressum, cum quo non cohæreret vox Hosanna, si usurpetur quatenus verbum est, & sonet *salva quæso*, bene tamen, si ita explicetur, *date, afferte ramos felicium arborum, cohonestando de more adventui solemni filii David, qui venit benedictus in nomine Domini*.

V. Non minus hæc Caninii Interpretatio Cl. Casaubono placuit, qui etsi *Exercit.* 16. *ad Annal. Eccles. Baronii p.* 394. *sqq.* Baronium veram vocis Hosanna interpretationem ex ignoratione priscæ elegantiæ & Hebraicæ phraseos repudiasse asseruisset, quare etiam eorum explicationem, qui ellypticam acclamationem esse dicunt, prius approbaverat, mox tamen hanc Caninii interpretationem præfert, eandemque ex ritualibus Hebræorum & nonnullorum Patrum testimoniis confirmare sedulo allaborat: ut adeo frustraneam hac in parte operam in refutatione Baronii impendisse Casaubonus videatur, cum eadem Caninii interpretatio etiam a Baronio allata atque approbata fuerat. Poteritque hic Casauboni error inter alios ejus errores atque nævos referri, quos in hoc opere passim occurrere, ostendit doctissimus Montacutius in *Analect. Exercit Ecclesiast.* ubi in ipsa hujus Tr. præfatione acre de hoc libro judicium format, & potissimos ejus errores refutat.

VI. Præter hos Auctores hactenus citatos, eandem etiam Caninii sententiam defendere sategerunt Carolus Maria de Veil S. T. D. & Ecclesiæ Anglicanæ presbyter, in *Explicat. literal. Evangel. secundum Matthæum, quæ Londini A.* 1678. 8. *prodiit*, *p.* 237. ubi ad verbum ea exscripsit, quæ in Casauboni *Exerc. cit. loc.* reperimus, non immerito idcirco plagiarii nomine decorandus; & Julius Bartoloccius *P.* 2. *Biblioth. Rabbin. pag.* 689. *sq.* qui hunc turbæ clamantis verborum sensum esse ait: *rami isti sint filio David, cui merito acclamamus Hosanna, & obsecramus ut nos salvet iste qui venit in nomine Domini, Hosanna in excelsis, rami isti palmarum, quos in manibus portamus, sint in honorem Dei qui in excelsis habitat*. Cur vero vox הושענא non fuerit ab Evangelistis exposita, hanc rationem adjicit, quia cum Hosanna plura significet, nec coarctari possit ad aliquod peculiare vocabulum latinum aut Græcum, quod ista omnia simul explicet, ideo consulto Evangelistas Hebræam vocem Hosanna sine interpretatione reliquisse. Denique inde colligi vult, Hosanna a turbis acclamatum & ab Evangelistis relatum, non fuisse illud vocabulum, quod habetur in Psal. 118. 25. הושיענא, licet ab eo deductum, sed a vulgo efformatum ad prædicta significandum, quamvis corrupte & improprie.

VII. Verum enim vero, etsi id Caninio ejusque asseclis facile largiri queamus, in scriptis Rabbinorum vocem Hosanna sæpe pro ipso ramorum fasciculo usurpari, in hoc tamen loco ita intelligi debere, id nobis verosimile non videtur. Primo enim non erat festum Tabernaculorum, sed Paschatis: deinde, si *Hosanna filio David*, ramos filio David velit, quomodo explicari poterunt ultima verba, *Hosanna in altissimis*, quæ similiter per ramos in altissimis transferri debent, unde vero plane nullus sensus efficitur. Quod si ille verborum sensus esse debeat: *Ramos hodie sacramus ei qui est in altissimis*, tunc dicendum erit turbam eum, quem hominem esse videbant, eumdem esse in cœlis credidisse, aut Christum, quem postea Prophetam vocant, habuisse pro Deo cui festum hoc celebraretur, quod nemini forte persuadebitur, qui penitiorem historiæ Christi notitiam habuerit.

VIII. Neque vero ideo hanc Caninii interpretationem amplecti opus est, quod alias verba illa turbæ acclamantis, *Hosanna filio David*, vix apte exponi queant, uti quidem prætendit Caninius, *si enim Hosanna significat salva quæso, quid erit, salva quæso filio David*? Modo enim ostendemus, qua ratione verba illa satis commode aliter explicari possint, ut non necesse sit, ad Caninium tanquam ad oraculum recurrere. Possumus enim vel cum Dan. Heinsio *c.* 15. *Exerc. sacr. ad N. T. pag.* 66. itemque Lightfooto, Grotio aliisque vocem ὡσαννά ex verbo & particula Hebræa constantem, pro ipso hymno τεχνικῶς usurpare, qui festo Scenopegiæ cani solebatur, & ad quem forte alludere potuit populus Judaicus, quando Hosanna acclamarunt, ut sensus sit, Hosanna hymnum hunc bene ominantem, scilicet canimus seu dicimus Messiæ, cujus modi

modi ellypses & sententias semiplenas non tantum apud Hebræos, quas magno numero collegit Salomon Glassius *l. 3. Philal. S. Tr. 3. can. 56. p.* 401. *sqq.* verum etiam in omnibus aliis linguis & potissimum in acclamationibus familiares esse deprehendimus, qualis illa acclamatio apud Ælium Lampridium *in Alexandro Severo l. 3. Hist. August. Scripr. p.* 384. *edit. Boxhorn. Juveni Imperatori, patri patriæ, Pontifici Maximo*, supple, salutem precamur; vel etiam cum Theodoro Beza & Maldonato verba ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ commode sic exponi possunt: *Serva quæso*, o Deus: *filio David*, hoc precamur.

IX. Sed adhuc aliam istorum verborum explicationem dare possumus, quæ simplicissima videtur & omni ellypsi caret, nimirum, ut Hebr. vocem הושע נא cum dativo לבן דוד : τῷ υἱῷ Δαβὶδ construamus, cujusmodi constructio verbi הושיע cum Dativo casu in Scripturis frequens esse solet ut Jos. x. 6. Judic. VII. 2. 2. Sam. x. 11. Psal. XLIV. 4. &c. atque verba illa nihil aliud continere dicamus, quam votum populi Judaici, Regi Messiæ læta precantis, ac a Deo petentis ut illi benediceret: *Hosanna i. e. salutem quæso affer*, *vel prosperitatem concede*, o Deus, *filio David. Salutem quæso da ei*, o tu, *qui es in altissimis*. Et hac ratione etiam sensus verborum Psalmi centesimi octavi & decimi, unde hæc verba desumpta sunt, commode exprimitur, quod jam olim Origenes, Hieronymus, & Theophylactus observarunt, qui Hosanna h. l. nihil aliud sibi velle putant, quam quod LXX. Aquila, Symmachus & alii in 118. Ps. σῶσον δὴ reddiderunt. Quæ sententia etiam fuit Th. Bezæ, Maldonati, B. D. Calovii, Sculteti, Dn. D. Pfeifferi, *in dub. Vex. p.* 9. 2. & P. D. Huetii *in Observat. & Notis in Origenem* p. 76. ubi ad id, quod aliqui objectant τὸ σῶσον δὴ, cum υἱῷ Δαβὶδ parum cohærere, respondet, in voce ὡσαννὰ non tam literæ significationem attendendam, quam populi vociferantis animum, qui vocem illam e Ps. 118. depromptam & lætitiæ, gratulationi ac triumpho destinatam, quod Psalmus ille de Christo vaticineretur, advenienti Jesu gratificaturus, acclamabat; igitur hosanna filio David idem esse, quod *Hosanna honoris Jesu causa vociferemur*. Non hic etiam prætermitti debet, quod Isidorus Clarius *Not. in cap. 21. Matth. cit. etiam a Rich. Simon dans l' Histoire Crit. des principaux commentat. du N. T. pag.* 537. Eliam Hebræum Magistrum suum sibi narrasse refert, hæc verba, *Hosanna*, *Benedictus qui venit &c.* solita dici a sacerdotibus fuisse cum victimæ offerebantur immolandæ, quod pulchre hic in vera victima Christo impletum fuit.

X. Atque hæc etiam nostra est de illo Matthæi loco sententia, quam quidem nemini obtrudere volumus, attamen cuivis prudenti Lectori examinandam relinquimus, annon veritati historiæ Evangelicæ atque etiam Majestati adventus Christi propius accedat, quam quidem Lightfooti illa, aut Caninii vel ejus asseclarum, quæ extra consuetum tempus illam palmarum cæremoniam, festo tabernaculorum alligatam, solum ut hilaritatem atque gaudium suum contestarentur, a Judaico populo institutam esse asserit: cum etiam constet, non tantum Judæos, ramis arborum decerptis principibus viris gratulari & lætitiam suam testari solitos fuisse, quomodo exceptus Simon post victoriam illustrem *Maccabæorum primo cap.* 13. *v.* 51. dicitur μετὰ αἰνέσεως nempe, καὶ βαΐων, καὶ ἐν κινύραις, *cum phœnicum ramis & citaris*. Addebantur enim, encomia vel hymni. Quorum loco est, quod hic dicitur ὡσαννὰ εὐλογημένος, quod cum phœnicum ramis jungebant, ut cum *Maccab.* 2. *c.* 10. *v.* 7. Διὸ θύρσους καὶ κλάδους ὡραίους ἔτι δὲ φοίνικας ἔχοντες, ὕμνους ἀνέφερον τῷ εὐοδώσαντι καθαρισθῆναι τὸν ἑαυτοῦ τόπον; Sed & aliis populis hunc morem fuisse, floribus & odoribus vias, quibus Rex incedebat, sternere, ut testatur Herodotus 7. 54. qui de ponte, quo Xerxes Hellesponti continenti junxit, Persas *omnis generis odores in pontibus congerentes ac myrto iter consternentes* fuisse ait, qua ratione etiam apud Curtium v. 1. legimus, Cum Alexander M. Babylonem intraret, *populum totum iter floribus coronisque constravisse*. Adde IX. 10. Cujus moris præterea etiam mentionem injicit Herodianus IV. 5. & Eusthatius *l. de Ismen. & Ism. amor.* Imprimis vero pro lætitiæ publicæ argumento coronis & floribus vias stratas fuisse, Herodotus VIII. 99. ostendit, quo de more longum Autorum idem asserentium catalogum recenset Freinshemius ad Curt. v. 1. 20. IX. 10. 25. & *ad Flori* II. 7. 14. Add. Casaubon. ad *Sveton. Caligul.* XIII. 2. & Bulenger. *de Imperator. Roman.* III. 8. Ritum vero acclamandi advenientibus, non minus familiarissimum Judæis æque ac aliis populis fuisse, nemo negabit, nisi qui in historia omnino hospes fuerit.

AD-



ADDITAMENTA AD TRACTATUM

De principio Anni.

NUNC PRIMUM

A BLASIO UGOLINO

Ex Hebraico Latine reddita.

פרק ראשון

א ניסן ראש השנה למלכים ולרגלים לחדשים ולתרומת שקלים ויש אומרים אף לשבירת בתים כיצד למלכים מת באדר ועמד אחר תחתיו באדר מונין שנה לזה ולזה מת בניסן ועמד אחר תחתיו בניסן מונין שנה לזה ולזה מת באדר ועמד אחר תחתיו בניסן הראשונה נמנית לראשון והשנייה נמנית לשני.

ב כיצד לרגלים אחד הנודר ואחד המעריך ואחד המקדיש אינו עובר משום בל תאחר עד שיעברו עליו רגלי שנה כולה רבי שמעון אומר שלשה רגלים

CAPUT PRIMUM.

I. NISAN principium anni pro regibus, & pro ſolennitatibus, & pro menſibus, & pro ſeparatione ſiclorum: Et nonnulli dicunt pro locatione domorum. Quomodo pro regibus? Si moriatur in Adar, & conſtituatur ejus loco alius in Adar, numerant annum huic & illi: Si moriatur in Niſan, & conſtituatur alius ejus loco in Niſan, numerat annum huic & illi; Si moriatur in Adar, & conſtituatur alius ejus loco in Niſan, primus numeratur primo, & ſecundus ſecundo.

II. Quomodo pro ſolennitatibus? Sive voveat, ſive æſtimet, ſive ſanctificet, non transgreditur præceptum: *Non tardabis*: Niſi præterierint ſuper eo ſolennitates totius anni. R. Simeon dicit: Tres

כסדרן וחג המצות ראשון וכן היה רבי שמעון אומר פעמים שהן שלשה פעמים שהן ארבעה פעמים שהן חמשה כיצד נדר לפני הפסח עד שיעברו עליו הפסח ועצרת והחג נדר לפני עצרת עד שיעברו עליו עצרת והחג והפסח ועצרת והחג נדר לפני החג עד שיעברו עליו החג והפסח ועצרת והחג.

ג כיצד לחדשים אף על פי שנאמר בחודש הראשון ובחודש השני אין מתחילין למנות אלא מניסן שנאמר החדש הזה לכם ראש חדשים: כיצד לתרומת שקלים כל קרבנות צבור קריבין באחד בניסן אם בא חדש בזמנו קריבין מן החדשה ואם לאו קריבין מן הישנה. כיצד לשכירת בתים המשכיר בית לחברו לשנה שכר הימנו שנים עשרה חודש מיום ליום אם אמר לשנה זו אפילו לא שכר ממנו אלא באחד באדר אין לו אלא עד אחד בניסן.

ד באחד באלול ראש השנה למעשר בהמה רבי אלעזר ורבי שמעון אומרים באחד בתשרי אמר רבי שמעון בן עזאי הואיל ואלו אומרים באחד באלול ואלו אומרים באחד בתשרי יהא האלולי׳י מתעשרין לעצמן כיצד נולדו חמשה באב וחמשה באלול חמשה באלול וחמשה בתשרי אין מצטרפין חמשה בתשרי וחמשה באב הרי אלו מצטרפין.

ה תשרי ראש השנה לשנים ולשמיטין וליובלות לנטיעה ולירקות ולמעשרות ולנדרים כיצד לשנים ולשמיטין וליובלות אין מתחילין למנות לשנים ולשמיטין וליובלות אלא מתשרי כיצד לנטיעה אחד הנוטע ואחד המבריך ואחד המרכיב שלשים יום לפני ראש השנה עלתה לו שנה ומותר לקיימן בשביעית פחות מכאן לא עלתה לו שנה ואסור לקיימן בשביעית ופירות נטיעה זו אסורים עד חמשה עשר בשבט אם ערלה ערלה אם רבעי רבעי.

ו כיצד לירקות ליקט ירק בערב ראש השנה עד שלא בא השמש וחזר

Tres solennitates juxta earum ordinem, & festum azymorum erit in principio; Et sic dicit R. Simeon: Aliquando sunt tres, aliquando quatuor, aliquando quinque. Quomodo? Si voveat ante Pascha, donec præterierint super eo Pascha, & Pentecostes, & festum tabernaculorum: Si voveat ante Pentecosten, donec præterierint super eo Pentecostes, & festum Tabernaculorum, & Pascha, & Pentecostes: Si voveat ante festum Tabernaculorum, donec præterierint super eo festum Tabernaculorum, & Pascha, & Pentecostes, & festum Tabernaculorum.

III. Quomodo pro mensibus? Licet dictum sit: *Mense primo, & mense secundo:* tamen non incipiunt numerare nisi a Nisan: Dictum est enim: *Mensis iste vobis principium mensium*. Quomodo pro separatione siclorum? Omnes oblationes cœtus offeruntur prima die Nisan; si adducatur novum in tempore suo, offerant de novo, si minus, offerunt de veteri. Quomodo pro locatione domorum? Si locet domum socio suo in annum, locat duodecim menses de die in diem: Si dicat isto anno, licet non locaverit nisi prima die Adar, non est illi nisi usque ad diem primum Nisan.

IV. Prima die Elul principium anni pro decimatione animantium; R. Eliezer, & R. Simeon dicunt: prima die Tisri: Dicit R. Simeon ben Azai: Cum illi dicant prima die Elul, & isti dicant die prima Tisri, quæ nascuntur in Elul decimabuntur seorsim; Quomodo? Si nascantur quinque mense Ab, & quinque mense Elul, quinque mense Elul, & quinque mense Tisri, non conjunguntur: Quinque mense Tisri, & quinque mense Ab, conjunguntur.

V. Tisri principium anni pro annis, & pro annis Sabbathicis, & pro Jubilæis: Non incipiunt numerare annos, & annos Sabbathicos, & Jubilæos nisi a Tisri: Quomodo pro planta? Sive plantet, sive inocultet, sive inserat, triginta dies ante principium anni annumerantur illi pro anno, & licet conservare in anno septimo; Minus hoc non annumeratur illi pro anno, & interdictum est conservare in anno septimo, & fructus hujus plantæ interdicti sunt usque ad diem quintum decimum Schevat: Si ob præputium est præputium, si ob plantam anni quarti, est planta anni quarti.

VI. Quomodo pro oleribus? Si colligat a vespera principii anni ante occasum solis, atque iterum colligat post oc-

וליקט משבא השמש אין תורמין ומעשרין מזה על זה מפני שזה חדש וזה ישן היתה שנייה ונכנסה שלישית הראשון מתעשר מעשר שני והשני מתעשר מעשר עני ליקט אתרוג בערב חמשה עשר בשבט עד שלא בא השמש וחזר וליקט אחר משבא השמש אין תורמין ואין מעשרין מזה על זה מפני שזה חדש וזה ישן היתה שלישית ונכנסה רביעית הראשון מתעשר מעשר עני והשני מתעשר מעשר שני.

ז כיצד לנדרים הנודר הנאה מחברו לשנה נדר הימנו שנים עשר חדש מיום ליום אם אמר לשנה זו אפילו לא נדר הימנו אלא באחד באלול אין לו אלא עד אחד בתשרי.

ח בראש השנה כל באי עולם עוברין לפניו כבני מרון שנאמר היוצר יחד ליבם וגו'. ואומר תקעו בחדש שופר ואומר כי חוק לישראל הוא וגו' קדשוהו בית דין הדין נכנס לפניו ואם לאו אין הדין נכנס לפניו וכן אתה מוצא בעומר של מן אם בא חדש בזמנו מיד הוא כלה ואם לאו מתעכב הוא לשלשה ימים אמר רבי עקיבא אמרה תורה הבא שעורין בפסח שהוא פרק שעורין כדי שתתברך עליך תבואה הבא חטים ובכורים בעצרת שהוא פרק אילן כדי שיתברכו עליך פירות אילן הבא ניסוך המים בחג כדי שיתברכו עליך מי גשמים.

ט אמרו לפני מלכיות זכרונות ושופרות מלכיות כדי שתמליכוני עליכם זכרונות כדי שיבא זכרוניכם לטובה אמרו לפני שופרות כדי שתעלה תפלתכם בתרועה לפני.

י הכל נידונין בראש השנה וגזר דינו נחתם ביום הכיפורים דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר הכל נידונין בראש השנה ונזר דינו של כל אחד ואחד נחתם בזמנו בפסח על התבואה בעצרת על פירות האילן בחג על המים ונזר דינו של אדם נחתם ביום הכפורים רבי יוסי אומר אדם נדון בכל יום שנאמר ותפקדנו לבקרים.

יא על ששה חדשים השלוחין

occasum solis; non separant, neque decimant ex hoc pro illo, quia hoc est novum, & illud vetus; si esset secundus annus, & ingrederetur tertius, prius decimatur pro decima secunda, & posterius decimatur pro decima pauperis; Si colligat malum citreum vespera diei decimæ quintæ Schevat ante occasum solis, atque iterum colligat post occasum solis, non separant, neque decimant ex hoc pro illo, quia hoc est novum, & illud vetus. Si fuerit tertius annus, & ingrediatur quartus, prius decimatur pro decima pauperis, & posterius decimatur pro decima secunda.

VII. Quomodo pro votis? Si quis voveat se nullam utilitatem percipere a socio suo in annum, vovit duodecim menses de die in diem: Si dicat: isto anno: Vel si non voveat nisi prima die Elul, non est illi nisi usque ad primam diem Tisri.

VIII. In principio anni omnes venientes in mundum transeunt coram eo sicut agni: Dictum est enim: *Formator pariter cordis eorum &c.* Pariterque dictum est: *Clangite in novilunio cornu.* Et similiter dictum est: *Quia hoc est statutum Israeli &c.* Si sanctificaverit Synhedrium, judicium ingreditur coram eo, si minus judicium non introducitur coram eo, & sic tu deprehendis in Homer Manna, si venisset triticum novum suo tempore, statim consumebatur, si minus, per tres dies detinebatur. Dicit R. Akiba; dicit lex: Affer hordeum in Paschate, quod est tempus hordei, ut tibi benedicatur proventus: Affer triticum & primitiva in Pentecoste, quod est tempus arboris, ut tibi benedicantur fructus arboris: Affer aquas in festo Tabernaculorum, ut tibi benedicantur aquæ pluviarum.

IX. Dicite coram me regna, memorias & cornua; Regna, ut faciatis me regnare super vos; memorias, ut veniat memoria vestra in bonum. Dicite coram me cornua, ut adscendat oratio vestra in clangore coram me.

X. Omnes judicantur in principio anni, & decretum judicii obsignatur die expiationum: Verba R. Meir: R. Jehuda dicit: Omnes judicantur in principio anni, & decretum judicii singulorum obsignatur tempore suo &c. in Paschate de proventu, in Pentecoste de fructibus arboris, in festo Tabernaculorum de aquis, & decretum judicii hominis obsignatur die expiationum. R. Jose dicit: Homo judicatur quotidie: Dictum est enim: *Visitas eum diluculos.*

XI. Sex mensibus nuncii egrediebantur;

יוצאין רבי התקין שיהו יוצאין אף על
אדר השני מפני הפורים · בראשונה היו
מקבלין עדות החדש מכל אדם פעם אחת
שכרו בייתסין שני עדים לבוא להטעות
את חכמים לפי שאין בייתסין מודים
שתהא עצרת אלא באחד בשבת בא אחד
ואמר עדותיו והלך לו ובא השני ואמר
עולה הייתי במעלה אדומים וראיתיו רבוץ
בין שני סלעים ראשו דומה לעגל אזניו
דומות לגדי קרניו דומות לצבי וזנבו מתחת
בין ירכותיו ראיתיו נבעתי ונפלתי לאחורי
והרי מאתים זוז צרורין לי בפונדיני אמרו
לו מאתים זוז נתונין לך במתנה והשוכרך
ימתח על העמוד מה ראיתה לי זקק לכך
אמר להם מפני ששמעתי שביתוסין
מבקשין להטעות את חכמים אמרתי מוטב
אלך אני ואודיע את חכמים אם אינן
מכירין אותו משלחין עדיו עמו אפילו
בשבת מעשה ברבי נהוראי שבא עם העד
בשבת לאושא והעיד בו·

יב בראשונה היו מסיעין משואות
בראשי ההרים הגבוהים בהר המשחה
בסרטבה ובצרופינה בתבור בחורן בבית
דלתים רבי שמעון בן אלעזר אומר אף
בהרי מכמר ותבור וחברותיה מאימתי
מסיעין על החדש לאור עיבורו כיצד חל
להיות ערב שבת ושבת מסיעין עליו
למוצאי שבת ואם בא בזמנו מסיעין עליו
ואם לאו אין מסיעין עליו על כל ראשי
חדשים היו מסיעין משואות·

יג אמר אחד לפנים ראיתיו לא
אמר כלום לאחריה דבריו קיימין לצפונה
לא אמר כלום לדרומה דבריו קיימין אחד
אומר ראיתיו גבוה שתי מרדעות ואחד
אומר שלשה עדותן קיימת אחד אומר
שלשה ואחד אומר חמשה אין מצטרפין
זה עם זה אבל מצטרף הוא עם אחרים
אחד אומר ראיתיו מוטה ואחד אומר
ראיתיו זקוף אין מצטרפין זה עם זה אבל
מצטרף הוא עם אחרים ראיתיו חציו בענן
לא אמר כלום בעשיש לא אמר כלום
חציו במים דבריו קיימים·

יד רבי אליעזר בר צדוק אומר

tur; Rabi constituit, ut egrederentur etiam in Adar secundo propter Purim: In principio accipiebant testimonium novilunii a quovis homine; Aliquando mercede conduxerunt Baithusæi duos testes, ut venirent ad decipiendum sapientes, quia Baithusæi non concedunt, quod Pentecostes possit incidere in diem primum hebdomadæ. Venit alter, & dixit testimonium suum, & abiit: Et venit alter, & dixit. Ego adscendebam adscensum Adumim, & eam vidi cubantem inter duas petras; caput ejus simile erat vitulo, aures ejus similes erant hœdo; ejus cornua similia capreolo, & ejus cauda posita inter duo femora; Eam vidi, pertimui, & cecidi retrorsum, & ecce 200. Zusæ colligatæ in meo cingulo. Dixerunt illi: Ecce 200. Zusæ dono datæ tibi sunt; at qui te mercede conduxit, extendatur super columna: Quid vidisti, ut ad hoc te obligares? Respondit; Quia audivi, quod Baithusæi quærerent decipere sapientes dixi: Melius est ut ego vadam, & significem sapientibus; si ipsum non norint, mittunt cum eo ejus testes, vel in Sabbatho: Narratur de R. Nehorai, quod venerit cum teste in Hussa, & testatus sit pro eo.

XII. A principio accendebant flammas in cacuminibus montium altissimorum, in monte unctionis, in Sartaba, in Grofina, in Tabor, in Chauran, in Bet-Daltaim: R. Simeon ben Elieser: Vel in montibus Michmar, & Tabor & his similibus. Quando accendebant flammas pro novilunio? A vespera ipsius novilunii. Quomodo? Si incideret in vesperam Sabbathi, accendebant vespera in exitu Sabbathi; si veniret suo tempore, accendebant, si minus, non accendebant: Pro cunctis Noviluniis accendebant flammas.

XIII. Si alter diceret: Eam vidi ante solem; nihil dixit: Si dicat post solem; ejus verba confirmantur: Si ad aquilonem; nihil dixit; si ad austrum; ejus verba confirmantur; Si alter dicat; Vidi eam altam duo brachia; & alter dicat tria: Eorum testimonium confirmatur; Si alter dicat tria; & alter dicat quinque; simul non conjunguntur; at potest ille conjungi cum aliis: Si alter dicat: Eam vidi inclinatam; & alter dicat; Eam vidi elevatam, inter se non conjunguntur; at poterit conjungi cum aliis: Eam vidi dimidiam in nube, nihil dicit: Si dimidiam in lucerna: nihil dicit: Si dimidiam in aquis; ejus verba confirmantur.

XIV. R. Elieser bar Zadoch dicit: Si

אם לא נראה בזמנו אין מקרשין אותו שכבר קרשוהו שמים וכן היה רבי אלעזר בר צדוק אומר אי השלוחין יוצאין לסוריא עד שישמעו מפי בית דין למחר.

טו למה לא נתפרשו שמותן של זקנים שלא יהא כל אחד ואחד אומר הריני בא להקיש את רבי פלוני לאלדד ומידד הריני בא להקיש את רבי פלוני לנדב ואביהוא וכן הוא אומר יהוה אשר עשה את משה ואת אהרן ואומר וישלח יהוה את ירובעל ואת בדן ואת יפתח ואת שמואל ירובעל זה גדעון בדן זה שמשון יפתח כמשמעו ואומר משה ואהרן בכהניו וגו׳ שקל הכתוב שלשה קלי עולם בין שלשה גדולי עולם ללמדך שבית דינו של ירובעל לפני המקום כבית דינו של משה ובית דינו של יפתח גדול לפני המקום כבית דינו של שמואל להודיעך שכל מי שנתמנה פרנס על הציבור קל שבקלים שקול כאביר שבאבירים וכן הוא אומר ובאת אל הכהנים הלוים ואל השופט אין לך אלא שופט שבדורך ואומר אל תאמר מה היה וגומר.

פרק שני

א קדשו את החדש בזמנו ונמצאו עדים זוממין הרי זה מקודש קדשוהו בלילה אינו מקודש קידשוהו אנוסין שוגגין מזידין ומוטעין הרי זה מקודש קדשוהו לפני זמנו או לאחר עיבורו פחות משלשים יום יותר על שלשים יכול יהא מקודש תלמוד לומר חדש אין פחות משלשים יום לא נראין לבנה לשני ימים יכול יקדשוהו לאחר שני ימים תלמוד לומר יום אין לו אלא יום אחד בלבד.

ב בתעניות תוקעין שלש של שלש שלש על כל דגל ודגל דברי רבי יהודה וחכמים אומרים שלש על כל מטה ומטה במה הן תוקעין בחצוצרות שעשה משה רבי יהודה אומר בראש השנה תוקעין בשל זכרים וביובל בשל יעלים נתנו חכמים

Si non videatur tempore suo, eam non sanctificant, quia jam Deus eam sanctificavit: Et similiter dicebat R. Elieser bar Zadoch: Nuncii non veniebant in Syriam, nisi prius die crastino audissent ex ore Synhedrii.

XV. Qua de causa non declarantur nomina seniorum? Ut nemo dicat: Ego venio ad comparandum N. N. cum Eldad, & Medad: Ego comparo N. N. cum Nadab & Abiu: Et sic dictum est: *Deus, qui fecit Mosen & Aharon*. Pariterque dictum est: *Et misit Dominus Jerbaal, & Bedan, & Jephte, & Samuel*. Jerbaal est Gideon, Bedan est Samson; Jephte juxta sensum literalem. Et similiter dictum est: *Mose & Aharon in sacerdotibus suis &c.* Comparat textus tres minimos mundi cum tribus maximis mundi; Ut doceare, quod Synhedrium Jerbaal in oculis Dei reputetur perinde ac Synhedrium Mosis & Synhedrium Jephte sit æque magnum coram Domino, ac Synhedrium Samuelis; ut tibi innotescat, quod ille, qui constituatur præfectus cœtui, vel si fuerit minimus ex minimis, comparetur cum præstantissimo ex præstantissimis: Et sic dictum est: *Et venies ad sacerdotes Levitas, & ad judicem*: Tibi non erit nisi judex, qui fuerit in tua generatione. Et similiter dictum est: *Ne dicas, quid fuit &c.*

CAPUT II.

I. SI consecrasset novilunium tempore suo, & deprehenderentur testes falsi, consecratum est; si noctu consecrassent; non est consecratum; Si consecrassent coacti, aut per errorem, aut de industria, aut decepti, ecce consecratum est: Si consecrarent ante tempus suum, aut post suam intercalationem minus triginta diebus, aut plus triginta diebus, crederem fuisse consecratum? Idcirco dictum est: *Mensem*: Non minus triginta diebus. Si non visa esset luna duobus diebus, crederem licuisse consecrare post duos dies? Idcirco dictum est: *Diem*. Non est nisi dies unus duntaxat.

II. In jejuniis clangebant tres clangores, quorum singuli tres continebant; Et in itineribus tres, quorum singuli tres continebant pro singulis vexillis: verba R. Jehuda; At sapientes dicunt pro singulis tribubus: Quo clangebant? Tubis, quas fecit Mose: R. Jehuda dicit: Quo clangebant? cornibus arietinis, & in Jubilæo de rupicapris: Dederunt sapientes quod facile invenitur pro eo

את המצוי למצוי ואת שאין מצוי לשאין מצוי.

ג שופר וקצרו כשר גורדו בין מבפנים בין מבחוץ כשר צפהו זהב מבפנים פסול מבחוץ כשר צפהו במקום פיו או שהוסיף עליו כל שהוא אפילו במינו פסול נקב וסתמו אפילו במינו אם מעכב את התקיעה פסול ואם לאו כשר נתן שני שופרות זה בתוך זה ותקע אם קול הפנימי שמע יצא אם קול חיצון לא שמע לא יצא כמה הוא שיעור שופר כדי שיאחוז בירו אחת ויתקע.

ד הכל חייבין בתקיעת שופר כהנים לוים וישראלים גרים ועברים משוחררין חללין נתינין ממזרים חרש שוטה וקטן סריס אדם וסריס חמה פצוע דכא וכרות שפכה כולן חייבין ומוציאין את הרבים ידי חובתן. טומטום ואנדרוגינוס חייבין ואין מוציאין את הרבים ידי חובתן אנדרוגינוס מוציא את מינו ואין מוציא לשאינו מינו טומטום אינו מוציא לא את מינו ולא את שאינו מיננו מי שחציו עבד וחציו בן חורין אינו מוציא לא את מינו ולא את שאינו מינו נשים ועבדים וקטנים פטורין ואין מוציאין את הרבים ידי חובתן. התוקע ומתעסק והתוקע ומתלמד והמלמד את בנו והמלמד את תלמידו אם כיון לבו יצא ואם לאו לא יצא.

ה רועה שהרביץ את צאנו אחורי בית הכנסת וכן חולה שהיה מוטל אחורי בית הכנסת ומי שהיה ביתו סמוך לבית הכנסת ושמע קול שופר או קול מגילה אם כיון לבו יצא ואם לאו לא יצא אף על פי שזה שמע וזה שמע זה כיון לבו וזה לא כיון לבו זה שכיון לבו יצא וזה שלא כיון לבו לא יצא שאין הכל הולך אלא אחר כוונת הלב שנאמר תכין לבם תקשיב אזנך ואומר תנה בני לבך לי ועיניך דרכי תצרנה וגו׳.

quod facile invenitur, & quod non facile invenitur, pro eo quod non facile invenitur.

III. Si cornu decurctasset, est legitimum; Si abrasisset tam intus quam foris, est legitimum: Si obduxisset intus auro, est illegitimum, si foris, est legitimum, si obducat locum sui orificii, aut illi addat quantuluncunque, vel de ejus specie, est illegitimum: Si fuerit perforatum, & occludat vel cum sua specie, si impediat clangorem, est illegitimum, si minus, est legitimum; Si ponat duo cornua, alterum intra alterum, & clangat, si sonitus interioris audiatur, satisfacit debito suo, si sonitus exterioris audiatur, non satisfacit debito suo. Quanta erit mensura cornu? Tanta, ut possit illud apprehendere una manu, & clangere.

IV. Omnes obligantur ad clangorem cornu, Sacerdotes, Levitæ, & Israelitæ, proselyti, & servi libertate donati, profani, & Nethinæi, spurii, surdus, stultus, puer, & eunuchus per manum hominis, & eunuchus solis, vulneratus contusione, & fissus, & exsectus virilibus omnes obligantur, & liberant alios a suo debito: Obstructus & androgynus tenentur, at non liberant alios a suo debito: Androgynus liberat illum, qui sit de sua specie, at non liberat illum, qui non sit de sua specie; Obstructus non liberat illum, qui sit de sua specie, neque illum, qui non sit de sua specie: Qui partim sit servus, & partim liber, non liberat illum qui sit de sua specie, neque illum, qui non sit de sua specie; Mulieres, & servi, & pueri liberi sunt, & non liberant alios ab officio suo: Si clangens occupatus sit, si clangat, ut addiscat, aut doceat filium suum, aut doceat discipulum suum, si intendat satisfacit debito suo, si minus, non satisfacit.

V. Si pastor recumbere faciat oves suas post domum congregationis, & similiter ægrotus si decumbat post domum congregationis, & qui sit in domo sua prope domum congregationis, & audiat sonitum cornu, aut lectionem Megillah, si intenderit, satisfacit debito suo, si minus, non satisfacit; licet ille audierit, & iste audierit, & ille intendat, at iste non intendat; ille, qui intendit, satisfacit debito suo, & iste, qui non intenderit, non satisfacit, quia omne incedit post attentionem cordis: Dictum est enim: *Præparavi cor eorum, audiet auris tua*. Pariterque dictum est: *Pone fili mi cor tuum, & oculi tui vias meas observabunt &c.*

VI.

ו ועוד זאת היתה ירושלם יתירה על יבנה של עיר שרואה ושומעת וקרובה ויכולה לבוא שלשה דברים אלו בתוכה תוקעין בה וביבנה לא היו תוקעין אלא בבית דין בלבר.

ז רבי אלעזר בר צדוק אומר אם לא נראה בזמנו אין מקדשין אותו שכבר קידשוהו שמים רבי שמעון בן אלעזר אומר אם לא נראה בזמנו אין מקדשין אותו שכבר חודש שלפנןו קידשו שמעון בן הסגן אומר אם באו עדים מן המנחה ולמעלה תוקעין היו אבל אין מוסיפין קרבין עד שיקדשו החדש אמר רבי יהושע בן קרחה דברים אלו התקינו רבן יוחנן בן זכאי משחרב בית המקדש לכשיבנה הבית במהרה יחזרו דברים אלו ליושנן.

ח רבי יהודה אומר רבי אלעזר שבתון זו קרושת היום זכרון אלו הזכרונות תרועה אלו שופרות מקרא קודש קדשהו אמר לו רבי עקיבא מפני מה לא נאמר שבתון שבות שכן הוא פונע בשביתה ראשון אלא זכרון אלו זכרונות תרועה אלו שופרות מקרא קודש קדושת היום מקום שנהגו לומר כדברי רבי עקיבא אומר כדברי רבי עקיבא כדברי רבי יוחנן בן נורי אומר כדברי רבי יוחנן רבן שמעון בן גמליאל אומר קדושת היום עם הזכרונות.

ט אמר רבן שמעון בן גמליאל מה מצינו בכל מקום אומרה ברביעית אף כאן אומרה ברביעית רבי אומר מה מצינו בכל מקום אומרה עם אמצעית אף כאן אומרה וכשקרשו את השנה באושא ביום הראשון עבר רבי יוחנן בן ברוקה ואמר כדברי רבי יוחנן בן נורי אמר רבן שמעון בן גמליאל לא היינו נוהגין כן ביבנה ביום השני עבר רבי חנניה בנו של רבי יוסי הגלילי ואמר כדברי רבי עקיבא ואמר רבן שמעון בן גמליאל כך היינו נוהגין ביבנה:

י אין פוחתין מעשר מלכיות ומעשרה זכרונות ומעשרה שופרות אם אמר שלש מכולם יצא אין מזכירין זכרון

VI. Et præterea hoc habet Hierusalem pro Jabne, quod omnis civitas quæ illam videt, & audit, & propinqua est, & possit venire; Hæc tria habet; in ea clangebant, at in Jabne non clangebant, nisi in Synhedrio duntaxat.

Bitter, & interfectus est ben Cosibba: Portarunt ejus caput ad Adrianum: Dixit illis: Quis hunc occidit? Respondit ei quidam Cuthæus: Ego istum occidi. Dixit illi: Ostende mihi ejus nervum: Ostendit ei nervum ejus; invenit serpentem involutum super eo; Dixit: Si Deus istum non occidisset, ille non potuisset occidere: Et legitur de eo. *Nisi quod creator eorum vendiderit eos, & Dominus tradiderit eos?* Et occidentes eo processerunt, ut equus immergeretur in sanguinem usque ad nares. Et sanguis devolvebat lapides ponderis quadraginta satorum, donec efflueret sanguis in mare quatuor milliaria: Si dicas, quod fuerit proxima mari; Atqui remota erat a mari quadraginta milliaria. Dixerunt 300. cerebra puerorum inventa fuerunt in lapide uno; & invenerunt tres arcas Thephilin succisorum, quarum singulæ continebant novem sata; & alii dicunt novem, quarum singulæ continebant tria sata: Traditio: Raban Simeon ben Gamaliel dicit: Quingentæ scholæ fuerunt in Bitter, & earum minima non continebat minus quam quingentos pueros; & illi dixerunt: Si veniant inimici contra nos, his scripturis nos egrediemur contra illos, & effodiemus eorum oculos: Et quando completæ sunt iniquitates, omnes involuti in libro suo combusti sunt, & de omnibus non remansi nisi ego; Et legit de seipso: *Oculus meus deprædatus est animam meam in cunctis filiabus urbis meæ*. Vineam magnam habebat Adrianus impius undequaque patentem octodecim milliaria, quantum est intervalli a Tiberiade ad Tsipporim, & sæpivit eam ex interfectis Bitter ad plenitudinem muri, & extendit manus, & non decrevit de illis, ut sepelirentur, donec constitutus fuit rex alius, qui decrevit ut sepelirentur: Dicit R. Huna: Postquam interfecti Bitter positi fuerunt in sepulcro constituta est benedictio: *Qui bonus est, & bene facit: qui bonus est*. Quod non fœtuerint: *Et benefacit*. Quod positi fuerint in sepulchro: Traditio: Rabi Jose dicit: Duos & quinquaginta annos stetit Bitter post excidium domus sanctuarii: Et qua de causa diruta est? Propter incendium chartarum post excidium domus sanctuarii: Et cur propter incendium chartarum? Quia consiliarii Hierosolymæ stabant in medio provinciæ & quando videbant aliquem adscendentem Hierosolymam; Audivimus de te, quod vis fieri princeps, & consiliarius; Et ille respondebat: Hoc non est in mea mente: Audivimus de te,

מזבנה אוסייא דילך והוא אמר לון לית ברעתי . והוה חבריה אמר ליה מה את בעי מן דין כתוב ואנא חתם. והוה כתיב וחבריה חתם והוון משלחין אוניתא לבר בייתא ואמרון ליה אין אתא פלניא מיעול לאוסייא דידיה לא תשבקיניה דהיא זבינה גבן. וכיון דהוה שמע מינהון כן הוה אמר הלוואי איתבר ריגליה דההוא גברא ולא סלק לירושלם . הדא הוא דכתיב צדו צעדינו מלכת ברחובותינו צדו צעדינו אצדי אורחתיה דההוא בייתא . קרב קצינו . קרב קיציה דההוא בייתא : מלאו ימינו מלא יומוי דההוא בייתא . אוף אינון לא נפקין טבאות . שמח לאיד לא ינקה . שני אחים הוון בכפר חריבה והוון רומים אזלין עליהון ומקטלין לון ואמרין כל סמא דמותא ניתי כלילא על רישיהון אמרין מבדקינן אוף חד זמן מנפקין פגע ביה חד סב אמר לון בריכון סעודינכון אמר לא יסעוד ולא יסמוך הלא אתה אלהים זנחתנו . שני ארזים היו בהר המשחה בתחת אחד מהן היו מוכרין ארבע חנויות טהורות . והאחד היו מוציאין ממנו ארבעים סאה גוזלות בכל חדש וחדש . ומהן היו מפסיקין קינים לכל ישראל. טור שמעון הוה מפיק תלת מאוון דגרבין דמרקוע. לקייטא כל ערובת שובא ולמה חרב . יש אומר מפני הזנות ויש אומרים שהיו משחקין בכדור . עשרת אלפים עיירות היו בהר המלך . ולרבי אלעזר בן חרסום אלף מכולם. וכנגדן אלף ספינות בים וכולהם חרבו . שלש עיירות קטמום שלהן עולה לירושלם בעגלה כבול ושיחין ומגדל צבעייא ושלשתן חרבו . כבול מפני המחלוקת. שיחין מפני כשפים. ומגדל צבעייא מפני הזנות . שלשה כפרים כל אחד ואחד היה מוציא כפליים ביוצאי מצרים. כפר ביש. וכפר שיחלייא . וכפר דיבריא . ולמה הוא קרי לון כפר ביש דלא הוון מקבלין לעבורא . ולמה הוא קרי לון כפר שיחליא דהוון מרביין ביניהון כאילין תחלוסייא . ולמה הוא קרי לון כפר דיבריא דהוון כל נשיהון ילדן דיברין אי לא הוות חדא מינהין נפקא מן תמן לא הוות ילדה נוקבה . אמר רבי יוחנן שמונים זוגים אחים כהנים נישאו לשמונים זוגות אחיות כהנות בלילה אחד

te, quod vis vendere agrum tuum; & ille respondebat: Hoc non est in mea mente: Et ejus socius illi dicebat: Quid postulas ex hac scriptura, & ego obsignabo? Ille scribebat, & ejus socius obsignabat; & mittebant contractum emtionis ad ejus domesticum, dicentes illi: Si veniat N. N. introduc in agrum suum: Non dimittes eum, quia emtio penes nos est: Et quando hoc ab iis audiit dixit: Utinam frangatur pes hujus viri ne adscendat Hierosolymam: Hinc scriptum est: *Lubricaverunt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum:* Desolatæ sunt viæ illius domus: *Appropinquavit finis noster.* Appropinquavit finis illius domus: *Completi sunt dies nostri:* Completi sunt dies illius domus: Etiam illi non produxerunt bonum. *Et qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus.* Duo fratres erant in vico desolato, & venientes Romani contra illos occiderunt, dicentes: Omne venenum mortiferum; imponamus coronas eorum capitibus: Ulterius perscrutabimur. Occurrit ei quidam senex dicens illis: Benedicite sustentatori vestro: Non est sustentatio, neque auxilium: Jam tu Deus removisti nos: Duæ cedri erant in monte unctionis in parte inferiori: Ex quarum altera vendebant quatuor tabernæ puritates: Et ex altera educebant quadraginta sata pullorum singulis mensibus, & ex iis suppeditabant nidos cunctis Israelitis. Mons Simeonis proferebat 300. lagenas vini, & dabant pauperibus singulis vigiliis Sabbathi. Et cur vastatus est? Sunt qui dicunt, propter scortationes; & sunt qui dicunt; quia ludebant pila: Decem millia civitatum fuerunt in monte Regio; & juxta mentem R. Elieser ben Charsum mille, & contra eas mille naves in mari, & omnes vastatæ sunt. Tres civitates dominorum, qui adscendebant Hierosolymam curru, sc. Chabul, Sichen, & Migdal Tsebajah, & tres omnes vastatæ sunt. Chabul propter dissensiones, Sichen propter præstigias, & Migdal Tsebajah propter scortationes: Tres erant pagi, quorum singuli educebant duplo plures iis, qui egressi sunt de Ægypto: Pagus ביש, & pagus שיחלייא & pagus דיבריא; & cur vocabatur pagus ביש? quia non acceperunt intercalationem. Et cur vocabatur pagus דיבריא? Quia eorum uxores pariebant masculos; Si quis ex iis inde non egrederetur, non pariebat fœminam. Dicit Rabi Jochanan: Octoginta paria fratrum sacerdotum nupserunt octoginta paribus sororum sacerdotum in nocte una simul ex-

כהדא נופנא חוץ מאחים בלא אחיות
מאחיות בלא אחים חוץ מלוים חוץ
מישראל . אמר רבי יוחנן שמונים חנויות
של אורגי פלגס היו במגדל צבעייא. אמר
רבי חייה בר בא שמונים חנויות של
מוכרי טהרות היו בכפר אימרא . רבי
ירמיה בשם רבי חייה בר בא שמונים
שירות של מתכת היו בשיחין . אמר רבי
ינאי שידה לא היתה בימינו . רבי זעורה
בשם רב חונא אימר היא היתה קטנה
שבמשמרות והיא היתה מוציאה שמונים
וחמשה אלף פירחי כהונה נהרגו על דמו
של זכריה. רבי יורן שאל לרבי אחא היכן
הרגו את זכריה בעזרת הנשים או בעזרת
ישראל . אמר לו לא בעזרת ישראל ולא
בעזרת הנשים אלא בעזרת הכהנים ולא
נהגו בדמו לא כדם האיל ולא כדם הצבי
תמן כתיב ושפך את דמו וכסהו בעפר .
ברם הכא כי דמה בתוכה היה על צחיח
סלע שמתהו . כל כך למעלות חימה
ולנקום נקם נתתי את דמה על צחיח סלע
בלי הכסות . שבע עבירות עברו ישראל
באותו היום . הרגו כהן ונביא ודיין ושפכו
דם נקי . וטימאו את העזרה . ושבת ויום
הכיפירים היה. וכיון שעלה נבוזראדן לכאן
ראה את הדם תוסס . אמר להן מה טיבו
של זה. אמרו לו דם פרים וכבשים ואלים
שהיינו מקריבין על גבי המזבח. מיד הביא
פרים ואילים וכבשים ושחטן עליו ועדיין
הדם תוסס . וכיון שלא הודו לו תליין
בגרדון . אמרו הואיל והקדוש ברוך הוא
רוצה לתבוע דמו מידינו. אמרו לו דם
כהן ונביא ודיין הוא שהיה מתנבא
עלינו כל מה שאתה עושה לו ועמדנו עליו
והרגנוהו. מיד הביא שמנים אלף פירחי
כהונה ושחטן עליו ואדיין הדם תוסס.
בההיא שעתא נזף ביה . אמר ליה מה
את בעי נובד כל אומתך עלך. מיד נתמלא
הקדוש ברוך הוא רחמים ואמר מה אם
זה שהוא בשר ודם ואכזרי נתמלא רחמים

exceptis fratribus ſine ſororibus, exceptis ſororibus ſine fratribus, exceptis Levitis, atque Iſraelitis. Dicit R. Jochanan: Octoginta tabernæ textorum ſerici erant in Migdal Tsebaja. Dicit Rabi Chijah bar Ba: Octoginta tabernæ vendentium puritates erant in vico Immera. Rabi Hieremias nomine Rabi Chijah bar Ba: Octoginta arcæ metalli fuerunt in Sicchin. Dicit R. Inai: Arca non fuit in diebus noſtris. R. Zehera nomine R. Huna: Claſſis Immer, quæ erat minima in claſſibus, educebat quinque & octoginta millia juvenum ſacerdotii: Dicit R. Jochanan: Octoginta millia juvenum ſacerdotii interfecta ſunt propter ſanguinem Zacharia. R. Jodan quæſivit a Rabi Acha: Ubi occiderunt Zachariam? In Atrione mulierum, an in atrio Iſraelitarum? Reſpondit ei: Neque in atrio Iſraelitarum, neque in atrio mulierum, ſed in atrio ſacerdotum. Neque egerunt in ejus ſanguine ſicut in ſanguine arietis, neque ſicut in ſanguine capreæ. Etenim ibi ſcriptum eſt: *Et effundet ſanguinem, & teget eum pulvere*. Profecto hoc loco ſanguis in ejus medio erat ſuper nitorem petræ, ubi eum interfecerant: Hæc omnia quorſum? *Ut ſuperinducerem indignationem meam, & ulciſcendo ulciſcerer, dedi ſanguinem ejus ſuper petram limpidiſſimam, ne operiretur*. Septem peccata eo die fecerunt Iſraelitæ, occiderunt ſacerdotem, & prophetam, & judicem, & effuderunt ſanguinem innocentem, & polluerunt atrium; & erat Sabbathum, & dies expiationum; & quando aſcendit in hunc locum Nebuchdnezar vidit ſanguinem bullientem, dicens: Quænam eſt hujus rei conditio? Reſponderunt ei: Eſt ſanguis juvencorum, & agnorum, & arietum, quos obtulimus ſuper altare. Statim adduxit juvencos & arietes, & agnos, eoſque ſuper illo mactavit; & adhuc ſanguis ebulliebat; & quando noluerunt fateri, appenſi ſunt in tribunali: Dixerunt; quoniam Deus S. B. vult requirere ſanguinem ejus de manibus noſtris: Dixerunt: Sanguis ſacerdotis, & prophetæ, & judicis hic eſt: Quia prophetavit nobis hæc omnia, quæ nobis feciſti, inſurgentes eum occidimus: Statim adduxit octoginta millia ſacerdotum, eoſque ſuper illo mactavit; & adhuc ſanguis ebulliebat: Ea hora illum increpavit, dicens: Num vis perdere univerſam nationem tuam propter te? Confeſtim impletus eſt Deus S. B. miſericordiis, dicens: Si iſte qui eſt caro & ſanguis, & crudelis, impletus fuit miſericordiis ſuper filiis meis, ego

על בני . אני שכתוב בי כי אל רחום
יהוה אלהיך לא ירפך ולא ישחיתך ולא
ישכח את ברית אבותיך על אחת כמה
וכמה. מיד רמז לדם ונבלע במקומו. אמר
רבי יוחנן שמונים אלף פירחי כהונה ברחו
להם לתוך קלתותים של בית המקדש
וכולהם נשרפו ומכולם לא נשתייר אלא
יהושע בן יהוצדק הכהן הגדול . שנאמר
הלא זה אוד מוצל מאש . אמר רבי יוחנן
שמונים אלף פירחי כהונה ברחו לתוך
חיילותיו של נבוכדנצר והלכו להן אצל
ישמעאלים אמרון לון הבו לן נישותי דאנן
צחיי . הביאו לפניהן מיני מלוחים ונודות
נפוחות . אמרון לון אכלון ואתון שתיי .
וכיון דהוה חד מינהון שרי זיקא ויהיב
ליה גו מומיה הוה רוחא נפק והוה חנק
ליה. הדא הוא דכתיב משא בערב. מטול
רב בערבייא . ביער בערב תלינו . מי
נתונים ביער הלבנון בערב תלינו אלא
אורחות דדנים . כן אורחהון דבני דודייא
עבדין . ישמעאל שצמא לא לקראת צמא
התיו מים . ויפקח אלהים את עיניה ותרא
באר מים . לא מן טיבותכון אתין לגביכון
כי מפני חרבות נדדו. מפני חרב נטושה .
שלא רצו לשמר את שמיטיהם כמה דאת
אמר והשביעית תשמטנה ונטשתה . ומפני
קשת דריכה שלא רצו לשמר שבתותיהם
כמה דאת אמר בימים ההמה ראיתי
ביהודה דורכים גיתות בשבת . ומפני כובד
מלחמה שלא רצו להלחם במלחמתה של
תורה. כמה דאת אמר על כן יאמר בספר
מלחמות יהוה . אמר רבי יוחנן מגבת ועד
אנטיפריס ששים ריבוא עיירות היו הקטנה
שבהן היא היתה בית שמש דכתיב בה
ויך באנשי בית שמש כי ראו בארון יהוה
ונומר . ואילו מרוח אחת היו אין את
מבצע לה קניי לא נסייה. אמר רבי חנינה
קפצה לה ארץ ישראל . אמר רבי זעירה
בוא וראה מה חציפה היא ארץ ישראל
שהיא עושה פירות . מפני מה היא עושה
פירות . תרין אמורין חד אמר מפני
שמזבלין אותה וחורנה אמר מפני שהופכין
את עפרה . עובדא . הוה בחד דהוה קאים
זרע בהדא בקעת ארבל וכבש ידיה ונפק
עפרה יקירא ואוקיד זרעא . תני רבי יוסי
אומר חמשים ושתים שנה לא נראה עוף
טס בארץ ישראל . מה טעמא מעוף ועד

ego de quo scriptum est : *Quia Deus misericors est Dominus Deus tuus , neque abjiciet te , neque corrumpet te , neque obliviscetur pacti patrum tuorum* : Quanto magis ? Statim annuit sanguini , & absorptus est in locum suum . Dicit Rabi Jochanan : Octoginta millia juvenum sacerdotii fuerunt in conclavi domus sanctuarii , & omnes combusti sunt , & ex omnibus non remansit nisi Jehosua filius Jehozedach sacerdotis summi . Dictum est enim : *Isti quasi torris raptus ab incendio* . Dicit R. Jochanan : Octoginta millia juvenum sacerdotii fugerunt ad exercitum Nebuchdnezar , & abierunt ad Ismaelitas , dixerunt illis . Afferte nobis , ut bibamus , quia sitimus : Adduxerunt coram illis species salitas , & utres inflatos , dicentes : Comedite & bibite ; Quando unus ex iis dissolvit utrem , & imposuit ori suo egressus ventus eum strangulavit : Hoc est quod scriptum est : *Onus in Arabia* : Onus magnum in Arabia : *In saltu ad vesperam dormientis* . Qui erant in saltu , abierunt : *In saltu dormientis in semitis Dedanim* . Juxta morem filiorum Dedanim faciunt : Ismaeli qui sitiebat , non attulerunt aquas : *Et aperuit Deus oculos ejus , & ostendit puteum aquarum* : Non propter bonum vestrum venerunt ad vos ; sed *a facie gladii imminentis* . Quia noluerunt observare eorum intermissiones , sicut tu dicis : *Septimo anno derelinques eam , manumque retrahas ab ea* . *A facie arcus extenti* . Quia noluerunt observare Sabbatha sua , sicut tu dicis : *In diebus illis vidi in Juda calcantes torcularia in Sabbatho : Et a facie gravis prælii* . Quia noluerunt bellare bellum legis; Sicut tu dicis : *Idcirco dictum est in libro bellorum Domini* : A Gabaath usque ad Antipatrida fuerunt sexaginta myriades civitatum , & earum minima erat Bet-Scemes , de qua scriptum est : *Et percussit viros Bet-Scemes quia inspexerunt in arcam Domini* . Et istæ erant ab uno latere . Si illi discideres cannas , capere non posset : Dicit Rabi Chanina : Claudebat terram Israel . Dicit Rabi Zehera : Veni & vide quam firma sit terra Israel , quia facit fructus : Qua de causa facit fructus ? Duo dicunt : Alter dicit ; Quia eam stercorant ; Et alter dicit , quia invertunt pulverem : Narratur , de quodam , qui serebat in valle Arbal , & subjecit manum suam , & extulit pulverem ardentem , & combussit semen . Traditio : R. Jose dicit : Duo & quinquaginta annos non visus est volucer volare in terra Israel ? Qua de cau-

בהמה נרדו הלכו. אמר רבי חנינה קודם לארבעים שנה עד שלא גלו ישראל לבבל נטעו תמרים בבבל על ידי שיהו להוטים אחר מתיקה שהיא מרגלת את הלשון לתורה. אמר רבי חנינה בריה דרבי אבהו שבע מאות מיני דגים טהורים ושמונה מאות מיני חגבים טהורים ולעוף אין מספר כולהם גלו עם ישראל לבבל. וכשחזרו כולהם חזרו עמהן חוץ מן הדג הנקרא שיבוטא. ודגים היאך גלו. רבי חונה בר יוסף אמר דרך התהום גלו ודרך התהום חזרו. אמר רבי יוחנן אשרי מי שהוא רואה במפלתה של תדמור שהיא היתה שותפת בחרבן הבית הראשון ובחרבן הבית השני. בחרבן הראשון העמידה שמונת אלפים קשטים. ונחרשה העיר. חרש רופוס שחיק עצמות את ההיכל.

הלכה ט אמר רבי יהושע בן לוי הדא דאת אמר בבניין של שמחה. אבל אם היה כותלו נוהה סותרו ובונהו. אמר שמואל בכותלא דנגייביה. רבי בא בר כהן אמר קומי רבי יוסי. רבי אחא בשם רבי יעקב בר אידי אסור לארס אשה בערב שבת. הכא דאת אמר שלא לעשות סעודת אירוסין. הא לארס יארס. שמואל אמר אפילו בתשעה באב יארס שלא יקדמנו אחר בתפילה. אפילו כן לא קיימה. אמר רבי יונה הדא דאת אמר מרוח ומלבוש ברם מרוח ומתקנה כן אנן אמרין הריז קצרה אסיר ליה מיעבר עיבידתיה. מתניתא פליגא על רבי יונה שבת שחל תשעה באב להיות בתוכה אסורין מלספר ומלכבס ובחמישי מותרין מפני כבוד השבת. רבי יונה בשם רב המנונא לתספורת הושבה. רבי בא בר כהן אמר קומי רבי יוסה רבי אחא בשם רבי אבהו תשעה באב שחל להיות בשבת שתי שבתות מותרות. לאחריו מהו. רבי יוחנן אמר לאחריו אסור. רבי שמעון בן לקיש אמר לאחריו מותר. דרשה רבי חייה בר

causa? Quia dictum est: *Ex volucri usque ad jumentum fugientes abierunt:* Dicit R. Chanina quadraginta annis antequam exularent Israelitæ in Babel, plantarunt palmas in Babel quia ardebant post dulcedinem, ut assuefacerent linguam ad legem. Dicit Chanina bar R. Abau; 700. species piscium mundorum, & 800. species locustarum mundarum, & volucribus non est numerus, omnes transmigrarunt cum Israel in Babel. Et quando redierunt, omnes redierunt cum illis excepto pisce, qui vocatur Scibuta: At pisces quomodo transmigrarunt? R. Huna bar Joseph dicit: Per abyssum transmigrarunt, & per abyssum redierunt. Dicit R. Jochanan: Beatus qui vidit mirabilia Tadmor, quæ conjuncta fuit cum excidio domus primæ, & cum excidio domus secundæ. In excidio primo constituit octoginta millia jaculatorum, & in excidio secundo constituit octo millia jaculatorum. Arata est civitas. Aravit Rufus conterens ossa templi.

Constitutio IX. Dicit R. Jose ben Levi: Quod dicis intelligendum est de ædificio lætitiæ, at si ejus murus inclinet, obstruat, atque ædificet. Dicit Samuel in muro ignominiæ. R. Ba bar Coen dixit coram R. Jose. R. Acha nomine R. Jacob bar Idi: Interdictum est homini desponsare in vespera Sabbathi: Quod dicis, intelligendum est, ne fiant convivia nuplialia. At si velit desponsare, licet desponsare. Samuel dicit: Vel nona die Ab poterit desponsare ne alter præveniat: Diversa est sententia Samuelis; Ibi dictum est: *Deus qui inhabitare facit unius moris in domo; in stateris ut decipiant ipsi de vanitate in id ipsum.* Et hoc loco tu ita dicis? At intelligendum est, ne alius præveniat in oratione: Licet ita sit, tamen non potest confirmari. Dicit R. Jona: Hoc est quod dicis de lucro, & veste: Profecto de lucro, quando præparaverit, nos ita dicimus: Fulloni interdictum est facere opus suum. Misna contraria est τῷ R. Jona: Si Hebdomada incidat in diem nonam Ab, interdictum est se tondere, & lavare, at die quinto permissum est propter honorem Sabbathi. R. Jonas nomine R. Amnuna ad tondendum institutum est: R. Ba bar Coen dixit coram R. Jose, R. Acha nomine R. Abau; si nona dies Ab incidat in Sabbathum, duo Sabbatha permissa sunt: Post illud quid? R. Jochanan dicit: Post illud est interdictum: R. Simeon ben Lakisch dicit: Post illud est permissum: Exposuit R. Chijah bar Ba Tsip-

כא לציפוראיי ולא קבלון עליהון . אמר רבי אימי לרבי יסי ואין כן אחוי של רבי חייה הגדול חלוק עליו . אמר ליה בפירוש פליגין רבי יוחנן אמר לאחריו אסור . רבי שמעון בן לקיש אמר לאחריו מותר . מה עבד לה רבי שמעון בן לקיש . פתר לה תשעה באב נפק הוה מכריז יפתחון ספרייא דמאן דבעי יספדא יספד . כתיב והשבתי כל משושה חגה חדשה ושבתה וכל מועדה . דרומאי נהגין חגה . צפוראיי נהגין חדשה. טיבריאי נהגין שבתה. חזרין רבנן דטיבריא למינהוג כרבנן דציפורין . רבי ירמיה בשם רבי חייה בר בא ברין היה שיהו מתענין בעשירי שבו נשרף בית אלהינו . ולמה בתשיעי שבו התחילה הפורענות . ותני כן בשביעי נכנסו לתוכו . בשמיני היו מקריבין בו . בתשיעי הציתו בו את האור . ובעשירי נשרף. רבי יהושע בן לוי ציים תשיעי ועשירי . רבי אבון ציים תשיעי ועשירי. רבי לוי ציים תשיעי ולילי עשירי . רבי בא בר זבדא בשם רבי חנינה ביקש רבי לעקור תשעה באב ולא הניחו לו . אמר לו רבי לעזר עמך הייתי ולא איתאמרת הכי . אלא ביקש רבי לעקור תשעה באב שחל להיות בשבת. ולא הניחו לו . אמר הואיל ונדחה ידחה . אמרו לו ידחה למחר . וגזי לי ההיא דתנינן תמן רבי יוחנן בן ברוקה אומר על שניהן הוא אומר ויברך אותם אלהים ויאמר להם אלהים פרו ורבו וגו׳ . רבי לעזר בשם רבי חנינה הלכה כרבי יוחנן בן ברוקה . אמר ליה רבי בא בר זבדא עמך הייתי ולא אתאמרת אלא אם היתה תובעת להינשא הדין עמה . וקרא עליהון טובים השנים מן האחד .

הלכה י מהו ישנה . יחלף אין הוה יליף אכיל ליטרא דקופד ייכול פלגא . אין הוה יליף שתי קסט דחמר ישתה פלגא . אמר רבי יוחנן ובלבד עיקר סעודת תשעה באב . אמר רב הושעיה ובלבד משש שעות ולמעלן . אמר רבי יוסי תרתיהון לקולא . אכל סעודת תשעה באב

Tſipporienſibus, & noluerunt accipere. Dixit R. Amme τῷ R. Iſi: Nonne filius fratris R. Chijah magni in hoc diſſenſit? Reſpondit: In expoſitione diſſentiunt: R. Jochanan dicit: Poſt illud eſt interdictum: R. Simeon ben Lakiſch dicit: Poſt illud eſt permiſſum. Quomodo explicat R. Simeon ben Lakiſch? Exponit; quando nona dies Ab incidat in Sabbathum: At hinc nihil eruitur. R. Iſaach ben Elieſer, poſtquam exierat nona dies Ab proclamabat: Aperiantur libri & qui vult lugere lugeat: Scriptum eſt: *Et ceſſare faciam omne gaudium ejus, ſolennitatem ejus, neomeniam ejus, & Sabbathum ejus, & omnia feſta tempora ejus:* Meridionales obſervant ſolennitatem ejus. Tſipporienſes obſervarunt neomenias: Tiberienſes obſervarunt Sabbathum: Sapientes Tiberienſes redierunt ad conſuetudinem juxta ſapientes Tſipporienſes. R. Hieremias nomine R. Chijah bar Ba: Illi jejunabant die decima, quia in ea combuſta eſt domus Dei noſtri: Et cur in ſeptima? Quia in ea incepit ſupplicium. Atqui ita extat traditio: In ſeptima ingreſſi ſunt in illam, in octava diruerunt, & in nona accenderunt ignem, & in decima combuſta eſt: R. Jehoſua ben Levi. Jejunium noni, & decimi: R. Abau: Jejunium noni, & decimi. R. Levi: Jejunium noni, & nocte decimi. R. Ba bar Zebida nomine R. Chanina: Deſideravit Rabi evellere diem nonam Ab; at illi non permiſerunt: Dixit illi Rabi Elieſer: Tecum eram, at non ita dixiſti. At deſideravit Rabi evellere diem nonam Ab, quæ incideret in Sabbathum: At illi non permiſerunt. Dixit: Quoniam pellenda eſt, pellatur: Dixerunt ei: Pellatur in diem craſtinum: Et aufugit mihi hoc quod ibi legimus: R. Jochanan Beroka dicit: De ambobus dictum eſt: *Et benedixit illis Deus, & dixit illis Deus: Creſcite, & multiplicamini &c.* R. Elieſer nomine Rabi Chanina; Conſtitutio juxta mentem Rabi Jochanan ben Beroka. Dixit illi R. Ba bar Zebida; Tecum eram, & non dixiſti, niſi quando velit nubere cum ea: Et legit de illis: *Melius eſt ergo duos eſſe ſimul.*

Conſtitutio X. Quid ישנה? Mutabit: Si ſoleat comedere libram carnis, comedat dimidiam; ſi ſoleat bibere duos ſextarios meri, bibat dimidium. Dicit R. Jochanan; dummodo eſſentiale convivii ſit nonæ diei Ab. Dicit R. Hoſajah: Dummodo ab ſexta hora & ultra: Dicit R. Joſe: Ambo ad allevandum: At in convivio diei nonæ Ab ab ſexta ho-

משש שעות ולמטן אפילו עולה על שלחנו
כסעודת שלמה מותר . אבל סעורתו משש
שעות ולמעלן אפילו עולה על שלחנו
כסעודת שלמה בשעתו מותר . תני תשעה
באב שחל להיות ערב שבת . וכן ערב
תשעה באב שחל להיות בשבת אפילו עולה
על שלחנו כסעודת שלמה בשעתו מותר .
רב מן דהוה אכל כל צורכיה הוה צבע
פיסתיה בקיטמא ואמר ז היא עיקר
סעודת תשעה באב לקיים מה שנאמר
ויגרס בחצץ שני הכפישני באפר . יאות
אמר רבי יהודה . מה טעמון דרבנן. עשי
אותו כמי שמתו מוטל לפניו . אינו לא
כיפה את מיטתו . ולא ישן על גבי מיטה
כפויה,

הלכה יא ניחא ביום הכיפורים
שהוא כפרה על ישראל . בחמשה עשר
באב למה . רבי יעקב בר אחא בשם רבי
יסא שבו זמן קיצה יפה לעצים. שכל עצים
שהן נקצצין בו אינן עושין מאכולות .
כהיא דתנינן תמן כל עץ שנמצא בו
תולעת פסול מעל גבי המזבח . רב חייה
בר אשי בשם רב שבו התיר הושע בן
אלה פרוסדיות שהושיב ירבעם בן נבט על
הדרכים. כהנא שאל לרב כל הדא טיבותא
רבתא עבד וכתיב ביה עליו עלה שלמנאסר
מלך אשור . אמר ליה על ידי ששמט את
הקולר מצוארו ותלייו בצואר הרבים לא
אמר כל עמא יסקון . אלא מאן דבעי
מיסוק יסוק . רבי שמואל בר רב יצחק
ואמרין לה בשם רבי שמואל בר נחמן
שבו הותרו שבטים לבוא זה בזה . דכתיב
ולא תסוב נחלה מבני ישראל ממטה למטה
אחר כי איש בנחלת אבתיו ידבקו בני ישרא
וכתיב וכל בת יורשת נחלה ממטות בני
ישראל ונומר. וכי איפשר לבת לירש שני
מטות . תיפתר שהיה אביה משבט אחד
ואמה משבט אחר. ורבנן אמרי שבו הותר
שבטו של בנימן לבוא בקהל. דכתיב ארור
נותן אשה לבנימן. מקרא קראו וקירבוהו.
מקרא קראו וריחקיהו . מקרא קרבו
וקירבוהו . אפרים ומנשה כראובן ושמעון
יהיו לי . מקרא קראו וריחקיהו גוי וקהל


hora & ultra vel ſi adducat ſuper menſam juxta convivium Salomonis, permiſſum eſt: At in convivio diei nonæ Ab ſi adducat ſuper menſam ſuam juxta convivium Salomonis ab ſexta hora & ſupra, permiſſum eſt: Traditio: Si dies nona Ab incidat in Sabbathum, vel ſi adducat ſuper menſam ſuam juxta convivium Salomonis, permiſſum eſt, Rab eo quod comedit quantum ſibi neceſſe fuit immerſit panem ſuum in cinerem, & dixit; Hoc erit eſſentiale convivii diei nonæ Ab, ad obſervandum, quod dictum eſt: *Et fregit ad numerum dentes meos, cibavit me cinere*. Recte dicit R. Jehuda: Quænam eſt ratio ſapientum? Conſiderant ipſum, quaſi ejus mortuus deportetur coram eo: Non invertet ſuum lectum, neque dormiet ſuper lecto inverſo.

Conſtitutio XI. Recte in die expiationum, quia eſt expiatio Iſraeli: Die quinta decima Ab qua de cauſa? Rabi Jacob bar Acha nomine R. Iſa: Quia tempus æſtivum eſt conveniens lignis; Etenim omnia ligna, quæ in eo amputantur, non faciunt pediculos: Sicut ibi legimus: Omne lignum, in quo deprehendatur vermis, eſt illegitimum, ut offeratur ſuper altare. Rabi Chijah bar Aſſe nomine Rab: Occidit Oſeah ben Ela cuſtodes, quos conſtituit Jeroboam filius Nebat in viis. Channa quæſivit a Rab: Hæc omnia bona magna fecit: Et ſcriptum eſt: *Adſcendit Salmanaſſar rex Aſſur*. Reſpondit illi: Quia extraxit collare a collo ſuo, & appendit collo multorum; Non dixit; univerſus populus educat; ſed qui velit educere, educat; R. Samuel bar R. Iſaach; & dixerunt nomine R. Samuelis bar Nachman. Quod in eo permiſſum fuit tribubus, ut altera ad alteram accederet: Scriptum eſt enim: *Ne gyretur poſſeſſio de filiis Iſrael de tribu ad tribum, quia quiſque poſſeſſioni patrum ſuorum adhærebunt filii Iſrael*. Pariterque ſcriptum eſt: *Et omnis filia hæreditabit poſſeſſionem de tribubus filiorum Iſrael*. Num poſſibile eſt, ut hæreditet a duabus tribubus? Exponitur, quando ejus pater ſit de altera, & ejus mater de altera tribu: Et ſapientes dicunt, quod in eo permiſſum fuerit, ut tribus Benjamin ingrederetur in congregationem: Dictum eſt enim: *Maledictus, qui dabit uxorem Benjamini*. Textum legerunt, & admoverunt, textum legerunt, & admoverunt: Textum legerunt, & amoverunt: Dictum eſt enim: *Ephraim & Manaſſe ſicut Ruben, & Simeon erunt mihi*. Textum legerunt & amo-

נוים יהיה ממך ומלכים מחלציך יצאו . ועדיין לא נולד בנימן. רבי אבון אמר שבו בטל החפר . ואמר רבי לוי בכל ערב תשעה באב היה משה מוציא כרוז בכל המחנה . ואומר צאו לחפר . צאו לחפר והיו יוצאין וחופרין להן קברות וישינים . ובשחר היו עומדין ומוצאין עצמן חסירים חמשה עשר אלף ופרוטרוט . ובשנה האחרונה עשו כן ועמדו ומצאו עצמן שלימים. אמרו דילמא דטעינן בחושבנא. וכן בעשרה ובאחד עשר ובשנים עשר . ובשלשה עשר . ובארבעה עשר . ובחמשה עשר . כיון דאשלם זיהרא אמרו דומה שביטל הקדוש ברוך הוא אותה הגזירה קשה מעלינו ועמדו ועשו יום טוב . כל הכלים טעונין טבילה ובנות ישראל יוצאות וחולות בכרמים . רבי ינאי בי רבי ישמעאל אמר ואפילו נתונים בתיבה. נתונים בתיבה ואת אמר הכן. מתוך שאת עושה כן הוא משאילן . ומה היו אומרות שא נא עיניך בחור וראה מה את בורר לך אל תתן עיניך בנוי תן עיניך במשפחה כו' . היתה בתו של מלך שואלת מבתו של כהן גדול. בתו של כהן גדול מבתו של מלך. הכאורות היו אומרות אל תתן עיניך בנוי. והנאות היו אומרות תן עיניך במשפחה . וכן הוא אומר צאינה וראינה בנות ציון במלך שלמה בעטרה שעיטרה לו אמו ביום חתונתו וביום שמחת לבו . ביום חתונתו זו מתן תורה . וביום שמחת לבו זה בניין בית המקדש שיבנה במהרה בימינו.

& amoverunt: Dictum est: *Gens, & congregatio gentium erit ex te, & reges de lumbis tuis egredientur*. Atqui nondum natus erat Benjamin: R. Abon dicit: In eo cessavit effossio: Et dicit R. Levi: Singulis noctibus nonæ diei Ab Mose emittebat præconem in omnia castra, qui dicebat: Egredimini ad effodiendum, egredimini ad effodiendum; & ipsi egredientes effodiebant sibi sepulcra, & dormiebant; & mane surgentes efferebant ossa deficientia quindecim millium, & minutias; & anno novissimo ita fecerunt, & surgentes extulerunt ossa perfecta, dicentes: Fortasse erraruht in computo: Et similiter in decimo, & in undecimo, & decimo secundo, & decimo tertio, & decimo quarto: Postquam absumtum est semen, dixerunt: Verisimile est, quod Deus S. B. aboleverit decretum molestum a nobis; & surgentes celebrarunt diem festum: Et cuncta vasa requirebant lotionem: Et filiæ Israel egredientes saltabant in vineis: R. Inai discipulus R. Ismael dicit: Vel si posuissent in capsa. Si posuissent in capsa, & tu ita dicis? Quia tu hoc ita fecisti: Vel commodatis: At quid dicebant? Intende oculos, quæso, juvenis, & vide, quam tibi eligas: Ne intuearis formam, sed intuere familiam &c. Filia regis postulabat a filia sacerdotis summi, & filia sacerdotis summi postulabat a filia regis. Deformes dicebant: Ne intuearis formam: Et pulchræ dicebant: Ne intuearis familiam: Et sic dictum est: *Exite, & videte filiæ Sion Salomonem regem corona ornatum, qua eum coronavit mater sua in die desponsationis suæ, & in die lætitiæ cordis sui: In die desponsationis suæ*: Hoc est donum legis: *Et in die lætitiæ cordis sui*: Hæc est ædificatio domus sanctuarii, quæ cito ædificetur in diebus nostris.

AD-



ADDITAMENTA AD TRACTATUM

De Volumine Esther.

NUNC PRIMUM

A BLASIO UGOLINO

Ex Hebraico Latine reddita.

פרק ראשון

א כרכין המוקפין חומה מימות יהושע בן נון קורין בחמשה עשר רבי יהודה בן קרחה אומר מימות אחשורוש אמר רבי יוסי ברבי יהודה היכן מצינו לשושן הבירה שמוקפת חומה מימות יהושע בן נון אלא משפחה ומשפחה מדינה ומדינה עיר ועור הסמוכין לכרך ונראין עמו הרי הן ביוצא בו . היוצאין בשיירא ומפרשין בספינה קורין בארבע עשר חל להיות בערב שבת כרכין המוקפין חומה מקדימין ליום הכניסה ועיירות גדולות קורין בו ביום רבי יוכי אוטר אומר אני שלא יקדמו בני כרכין לבני עיירות אבל קורין עמהן בו ביום חל להיות בשבת כפרים מקדימין ליום הכניסה ועיירות גדולות קורין בערב שבת ומוקפין חומה לאחר שבת רבי אומר אומר אני הואל ונידחו עיירות גדולות ממקומן ידחו ליום הכניסה . אמר רבי

CAPUT PRIMUM.

I. OPpida muro circumdata a tempore Josue filii Nun legunt die quinta decima. R. Jehuda ben Korcha dicit; A tempore Asſueri. R. Joſe bar R. Jehuda: Ubinam deprehendimus, quod Suſan regia urbs fuerit circumdata muro a tempore Joſue filii Nun? At dictum eſt: *Familia, & familia, provincia, & provincia, civitas, & civitas:* Quæ ſunt oppido proximæ, & cum eo videantur, ſicut illud conſiderantur: Si turmatium egrediantur, aut navigent, legunt decima quarta. Si incidat in veſperam Sabbathi, oppida muro circumdata anticipant diem congregationis, & urbes magnæ eo ipſo die legunt. R. Joſe dicit: Ego dico, quod incolæ oppidorum non prædant incolas civitatum magnarum, ſed cum illis eo ipſo die legant: Si incidat in Sabbathum, pagi anticipant diem congregationis, & civitates magnæ legunt in veſpera Sabbathi, & muro circumdatæ poſt Sabbathum: Rabi dicit: Ego dico: Si rejiciantur urbes magnæ a loco ſuo, rejiciantur in diem congregationis. Dicit Rabi Je-

יהודה אימתי מקום שנכנסין בשני ובחמישי אבל מקום שאין נכנסין לא בשני ולא בחמישי הואיל ומסתכלין בה אין מסתכלין בה אלא בזמנה.

ב מקרא מגלה ותרומת שקלים מקדימין ולא מאחרין ספק מילה וזמן עצי כהנים תשעה באב חגיגה והקהל מאחרין ולא מקדימין אף על פי שאמרו מקדימין ולא מאחרין קורין את המגילה וגובין ומחלקין בו ביום שאין עיניהם של עניים נשואות אלא ליום מקרא מגילה שנאמר והימים האלה נזכרים ונעשים וגומר ועוד לקיים את השמחה בזמנה מגבית פורים לפורים ומגבית העיר לאותה העיר אין מדקדקין במגבית פורים אבל לוקחין את העגלים ושוחטין ואוכלין אותן והמותר אל יפול לכיס של צדקה רבי אליעזר אומר מגבית פורים אל יעשה המינו עצי רצועה לסנדלו רבי מאיר אומר הלוה מעות מחבירו ליקח בהן פירות אל יקח בהן כלים כלים אל יקח בהן פירות מפני שגונב המלוה רבי שמעון בן אלעזר אומר משם רבי מאיר הלוה מעות מחברו ליקח בהן חלוק אל יקח בהן טלת טלת אל יקח בהן חלוק מפני שגונב דעת מלוה.

ג קראו את המגילה באדר הראשון ונתעברה שנה צריכין לקרותה באדר השני שכל מצות שנוהגות באדר השני נוהגות באדר הראשון רבי אליעזר ברבי יוסי אומר משום רבי זכריה בן הקצב אין צריכין לקרותה באדר השני שכל מצות הנוהגות באדר שני אין נוהגות באדר ראשון חוץ מהספר ותענית שנוהגין בזה ובזה שטרות שבזה ושבזה כותבין אדר ואדר שני נכתב תניין.

ד אין בין יום טוב לשבת אלא אוכל נפש בלבד רבי יהודה אומר אף מכשירי אוכל נפש רבי נחוניה בן הקנה אומר יום הכפורים הרי הוא כשבת לתשלומין אין בין שלש תעניות שניות לשבע אחרונית אלא תרועה ונעילת חניות

Jehuda: Quando? Quando congregantur die secunda, & quinta, at ubi non congregantur neque die secunda, neque quinta, si considerant, at in eo non considerant, nisi in tempore suo.

II. Lectionem Megilla, & separationem siclorum anticipant, at non differunt; dubium circumcisionis, & tempus lignorum sacerdotum nona die Ab, sacrificium solenne, & congregationem differunt, at non anticipant; Licet dicant: Anticipant, at non differunt: Legunt Megillah, & colligunt, & dividunt eo ipso die, quia oculi pauperum non elevantur nisi in diem lectionis Megillah: Dictum est enim: *Et dies isti memorabuntur, & celebrabuntur:* Et præterea ad confirmandam lætitiam in tempore suo: Collecta Purim in Purim, & collecta civitatis pro ipsa civitate; Non subtiliter differunt in collecta Purim; sed emunt vitulos, eosque mactant, & comedunt; & residuum non injiciet in marsupium eleemosynæ. R. Eliefer dicit: Ex collecta Purim non faciet pauper corrigiam sandalio suo: Rabi Meir dicit: Si quis mutuo accipiat a socio suo nummos ad emendum fructus non poterit ex iis emere vasa, si ad emendum vasa, non poterit ex iis emere fructus, quia subtrahitur intentio mutuantis: Rabi Simeon ben Eliefer dicit nomine R. Meir: Siquis mutuo accipiat a socio suo ad emendum subuculam, ex iis non emet pallium, si ad emendum pallium, ex iis non emet subuculam, quia subtrahitur intentio mutuantis.

III. Si legerint Megillah in Adar primo, & intercaletur annus, legenda est iterum in Adar secundo; Etenim omnia præcepta, quæ observari solent in Adar secundo, observantur pariter in Adar primo. R. Eliefer ben R. Jose dicit nomine R. Zacharia ben Chatzab; non est necesse ut legant iterum in Adar secundo: Etenim omnia præcepta, quæ observari solent in Adar secundo, observantur pariter in Adar primo, excepto luctu, & jejunio, quæ in utroque observari solent; In contractibus, qui in utroque scribuntur, Adar, & Adar secundus bis scribetur.

IV. Non est differentia inter diem festum & Sabbathum nisi in cibo animarum. R. Jehuda dicit: Etiam in iis, quæ disponunt cibum animarum. Rabi Nechonia ben Channa dicit: Dies expiationum consideratur sicut Sabbathum respectu compensationis. Non est differentia inter tria jejunia secunda, & septem posteriora nisi in clangore, & obseratione tabernarum duntaxat. Non est dif-

בלבד אין בין מודר הנאה מחברו סתם
למודר הימנו מאכל אלא דריסת הרגל
וכלים שאין עושין בהן אוכל נפש אין בין
נזיר סתם לנזיר שלשים אלא שהנזיר סתם
מגלח ליום שלשים ואחד ואם גלח ביום
שלשים לא יצא נזיר שלשים מגלח ליום
שלשים ואחד ואם גלח ביום שלשים יצא
וזה מצותן לגלח ליום שלשים ואחד אין
בין דם המת לדם תפיסה אלא שדם המת
נזיר מגלח עליו וחייבין על טומאת מקדש
וקדשיו דם תפיסה אין נזיר מגלח
עליו ואין חייבין על טומאת מקדש
וקדשיו אין בין כזית מן המת למת אלא
שכזית מן המת פתחו בטפח והמת פתחו
בארבעה טפחים אין בין כזית מן המת
לעצם כשעורה אלא טומאת אהל בלבד
אין בין אבר מן המת לאבר מן החי אלא
שאבר מן המת הבשר הפורש ממנו טמא
ואבר מן החי הבשר הפורש ממנו טהור.

ה אין בין זב הרואה שתי ראיות
לרואה שלש אלא קרבן אין בין זב לזבה
אלא שהזב טעון ביאת מים חיים זבה אין
טעונה ביאת מים חיים אין בין זבה לנדה
אלא קרבן אין בין קרבן זבה ליולדת אלא
הבאת קרבן אין בין נדה לשומרת יום
כנגד יום אלא ספירת שבעה בלבד אין
בין בית המוסגר לבית המוחלט אלא
שהבית מוסגר מטמא מתוכו והמוחלט
מתוכו ומאחוריו זה וזה מטמא בביאת
אבנים שיש בהן נגע מטמות מאחוריהן
אין בין נדרים לנדבות אלא שהמקדיש

differentia inter eum, qui vovet se non capturum utilitatem a socio suo, & inter illum, qui vovet se non capturum utilitatem ab eo in cibo, nisi quod ad calcationem pedis, & vasa, in quibus non faciunt cibum animarum: Non est differentia inter Nazyræum absolutum, & Nazyræum triginta dierum, nisi quod Nazyræus absolutus te tondeat die uno & trigesimo, si se tondeat trigesimo die, non satisfacit debito suo: Nazyræus triginta dierum se tondere debet die uno & trigesimo, si se tondeat die trigesimo, satisfacit debito suo, & utrique incumbit præceptum se tondendi die uno & trigesimo; Non est differentia inter sanguinem mortui, & sanguinem apprehensionis nisi quod propter sanguinem mortui Nazyræus se tondeat, & tenentur propter immunditiem sanctuarii, & ejus sanctitatum; At propter sanguinem apprehensionis Nazyræus non debet se tondere, & ejus causa non tenentur propter immunditiem sanctuarii & ejus sanctitatum: Non est differentia inter quantitatem olivæ ex mortuo & mortuum, nisi quod in quantitate olivæ ex mortuo ejus principium est in palmo, & in mortuo ejus principium est in quatuor palmis: Non est differentia inter quantitatem olivæ ex mortuo & os in quantitate hordei nisi in immunditie tentorii duntaxat: Non est differetia inter membrum ex mortuo, & membrum ex vivo, nisi quod in membro ex mortuo, caro quæ separatur ab eo, est immunda, & in membro ex vivo, caro quæ separatur ab eo est munda.

V. Non est differentia inter seminifluum, qui viderit duas visiones, & inter eum, qui tres viderit, nisi in sacrificio: Non est differentia inter seminifluum & seminifluam, nisi quod seminifluus debeat se lavare in aquis vivis, at seminiflua non obligatur te lavare aquis vivis. Non est differentia inter seminifluam, & menstruatam, nisi in sacrificio. Non est differentia inter sacrificium seminifluæ & puerperæ, nisi in adductione sacrificii: Non est differentia inter menstruatam & eam quæ observat de die in diem, nisi in separatione septem dierum duntaxat: Non est differentia inter domum clausam & domum absolutam, nisi quod domus clausa in medio sui polluat, at domus absoluta polluit tam in medio sui, quam a parte posteriori; tam hæc quam illa polluit ingressu: Lapides, in quibus fuerit plaga, in eorum parte posteriori polluunt. Non est differentia inter vota

נדרים לבדק הבית ואבדו חייב באחריותן נרבות אין משלם אלא טובת הנאתו בלבר.

ו אין בין במת יחיד לבמת צבור אלא כל שנדר ונרב קרב בבמת יחיד כל שאין נדר ונרב קרב בבמת צבור אין בין שילה לירושלם אלא שבשילה בנין אבנים מלמטה ויריעות מלמעלה · אין בין כהן משוח בשמן המשחה המשמש לכהן משוח שעבר אלא פר יום הכיפורים ועשירית האיפה אין בין מרובה בבגרים משמש למרובה בבגרים שעבר אלא פר הבא על כל המצות · אין בין כהן משוח שעבר למרובה בבגדים שעבר אלא פר הבא על כל המצות · אין בין כהן מרובה בבגדים משמש לכהן משוח שעבר אלא פר יום הכפורים ועשירית האיפה אין בין כהן משוח משמש לכהן מרובה בבגדים שעבר אלא פר יום הכפורים ועשירית האיפה ופר הבא על כל המצות.

פרק שני

א הקורא את המגילה למפרע לא יצא וכן בהלל וכן בתפלה וכן בקרית שמע הקורא את המגילה וטעה והשמי' בה פסוק אחד לא יחזור ויקרא אותו הפסוק בפני עצמו אלא מתחיל מאותו הפסוק וגומר עד סוף וכן בהלל וכן בתפלה וכן בקרית שמע נכנס לבית הכנסת ומוצאן שקראו חציה וגמר עמהן לא יחזור ויקרא מראשה ועד אותו מקום אלא מתחיל מראשה וגומר עד סוף וכן בהלל וכן בתפלה וכן בקרית שמע קראה בלילה לא יצא ידי חובתו אמר רבי יוסי מעשה ברבי יוחנן בן נורי שקראה בצפורי בלילה אמר לו אין שעת סכנה ראיה קראה על פה לא יצא ידי חובתו אמר רבי שמעון בן אלעזר מעשה ברבי מאיר שהלך לאסיא

ta & ſpontanea; niſi quod ſi quis ſanctificet votiva inſtaurationi domus, & perdantur, teneatur cautione futuri damni; at in ſpontaneis non compenſabit niſi commodum utilitatis duntaxat.

VI. Non eſt differentia inter excelſum privatum, & excelſum cœtus, niſi quod omne quod eſt votivum & ſpontaneum, offertur in excelſo privato, cum omne quod ſit votivum & ſpontaneum non poſſit offerri in excelſo cœtus: Non eſt differentia inter Silo & Hieruſalem, niſi quod in Silo in parte inferiori ædificium erat lapidibus extructum, & in ſuperiori erant aulæa. Non eſt differentia inter ſacerdotem unctum oleo unctionis miniſtrantem, & ſacerdotem unctum, qui fuerit remotus, niſi in juvenco diei expiationum, & in decima Ephæ; Non eſt differentia inter ſacerdotem multiplicatum veſtibus miniſtrantem & ſacerdotem multiplicatam veſtibus, qui fuerit remotus, niſi in juvenco, qui afferebatur pro omnibus præceptis; Non eſt differentia inter ſacerdotem multiplicatum veſtibus miniſtrantem & ſacerdotem unctum niſi in juvenco diei expiationis, & in decima parte Ephæ: Non eſt differentia inter ſacerdotem unctum miniſtrantem & ſacerdotem multiplicatum veſtibus, qui ſit remotus, niſi in juvenco diei expiationum, & in decima parte Ephæ, & in juvenco qui offertur pro omnibus præceptis.

CAPUT II.

I. Si legat Megillah ordine inverſo non ſatisfacit debito ſuo, & ſimiliter in Halle, & in oratione, & in lectione Audi; Si legat Megillah & erret & deſerat unum verſiculum, non repetet & leget ipſum verſiculum ſeorſim, at incipiet ab ipſo verſiculo & abſolvet uſque ad finem, & ſimiliter in Hallel, & in oratione, & in lectione Audi: Si ingrediens in domum congregationis inveniat eos, quod dimidium legerint, & perficiat cum iis, non iterum leget ab ejus principio uſque ad eum locum, at incipiet a principio & perficiet uſque ad finem, & ſimiliter in Hallel, & in oratione, & in lectione Audi; Si legat nocte, non ſatisfacit debito ſuo; Dicit R. Joſe: Narratur de R. Jochanan ben Nuri, quod legerit in Tſippori noctu; Dixit illi: Tempus periculi non eſt argumentum: Si legat oraliter, non ſatisfacit debito ſuo: Dicit R. Simeon ben Elieſer: Narratur de R. Meir, quod ſe contulerit Uſſiam ad in-

לעבר את השנה ולא מצא שם מגלה כתובה עברית כתבה מפיו וחזר וקראה מתוכה קראה בין עומד בין יושב בין מוטה בין שתעמיד לה תורגמין בין שבירך לפניה ובין שבירך לאחריה לאחריה ולא בירך לפניה לא בירך לפניה ולא לאחריה יצא.

ב אמר רבי שמעון מעשה ברבי מאיר שקראה בבית הכנסת בטבעון מיושב והיו בני הכנסת יושבין כיון שנגמרה נתנה לאחר וברך עליה קראה בלעז הלעוזות יוצאין ידי חובתן קראה אשורית שומעין ושאין שומעין יוצאין ידי חובתן לעולם אין יוצאין ידי חובתן עד שתהא כתובה אשורית בלשון עברי על דספר ובדיו. הכל חייבין בקריאת מגלה כהנים לוים וישראלים ועבדים משוחררים חללים נתינים וממזרים סרים אדם וסריס חמה פצוע דכא וכרות שפכה כולן חייבין ומוציאין את הרבים ידי חובתן אנדרוגינוס מוציא מינו ולא את שאינו מינו טומטום אינו מוציא לא את מינו ולא את שאינו מינו מי שחציו עבד וחציו בן חורין אין מוציא לא את מינו ולא את שאינו מינו נשים עבדים וקטנים פטורין ואין מוציאין את הרבים ידי חובתן.

ג אמר רבי יהודה קטן הייתי וקריתיה לפני רבי טרפון בלוד וקלסני אמר רבי קטן הייתי וקריתיה לפני רבי יהודה באושא והיו שם זקנים ולא אמר אחד מהן דבר אמרו לו אין מביא ראיה מכאן ואילך הונהגו שיהו קטן קורין אותה לרבים מצות מגילה מתחלתה ועד סופה דברי רבי מאיר רבי יהודה אומר מאיש יהודי רבי יוסי אומר מאחר הדברים האלה רבי שמעון בן אליעזר אומר מבלילה ההוא אבל הכל מודים שמצותיה לגמור עד סוף כל יום כל יום השביעי חייב בסוכה וכל יום השביעי כשר ללולב כל יום השמיני כשר למילה וכל הלילה כשר לקצירת העומר ולהקטר חלבים ואיברים זה הכלל

intercalandum annum, & non invenerit Megillah scriptam Hebraice, eamque oretenus scripserit, atque iterum in ea legerit; Si legat sive stans sive sedens, sive inclinatus, si constituat interpretem, sive antea sive postea benedixerit, si postea, at non antea benedixerit, si neque antea neque postea benedixerit, satisfacit debito suo.

II. Dicit Rabi Simeon: Narratur, quod Rabi Meir legerit in domo congregationis sedens, & filii congregationis sederent, postquam absoluta est, alteri data fuerit, & super ea benedixerit. Si legat barbare, barbari satisfaciunt: Si legat Assyriace, tam qui intelligant, quam qui non intelligant, satisfaciunt debito suo: Nunquam non satisfaciunt debito suo, nisi quando fuerit scripta Assyriace, lingua Hebraica super libro, atque atramento: Omnes obligantur ad lectionem Megillah, sacerdotes, Levitæ Israelitæ, & servi libertate donati, profanati, Nethinæi, & spurii, eunuchus hominis, & eunuchus solis, contusus, fissus testiculis, omnes obligantur, & liberant cœtum a debito suo; Androgynus liberat qui sunt de sua specie, at non liberat qui non sunt de sua specie: Obstructus non liberat neque illos qui sunt de sua specie, neque illos, qui non sunt de sua specie; Qui sit partim servus, & partium liber non liberat illos qui sunt de sua specie, neque illos, qui non sunt de sua specie: Mulieres, servi, & pueri liberi sunt, at non liberant multos a debito suo.

III. Dicit R. Jehuda: Puer eram, & legi coram R. Tarphon in Lud, & me laudavit: Dicit Rabi: Puer eram, & legi coram R. Jehuda in Ussah, ibique aderant senes, & ex iis nemo aliquid dixit: Responderunt illi. Non adducitur argumentum a permissione: Hinc & ulterius consueverunt, ut puer eam legeret in cœtu: Præceptum Megillah est a principio usque ad finem: Verba R. Meir: R. Jehuda dicit: Incipiendum est a loco ubi dicitur: *Erat vir Judæus*. R. Jose dicit: Ab loco, ubi dicitur: *His ita gestis*. R. Simeon ben Elieser a loco ubi dicitur: *Nocte ista*: At omnes conveniunt, quod ejus præceptum perfici possit usque ad finem totius diei. Toto septiduo obligatur ad tabernaculum; & omnes septem dies sunt legitimi pro palma. Totus dies octavus legitimus est pro circumcisione, & tota nox legitima est pro metendo manipulo, & pro adolendis adipibus, & membris. Hæc est regula generalis:

Pro

דבר שמצותו ביום כשר כל היום ודבר
שמצותו בלילה כשר כל הלילה אבל אין
חייבין עליהן משום נותר ואין מחשבה
פוסלת בהן משום פגול עד שיעלה עמוד
השחר.

ד רבי מנחם ברבי יוסי אומר׳
בני הכנסת לא יקחו את הרחבה אמר רבי
יהודה במה דברים אמורים בזמן שלא
התנו מהן פרנסי אותה העיר אבל אם
התנו עמהן פרנסי העיר רשאין לשנותה
לכל דבר שירצו העושה תיבה ומטפחות
לספר עד שלא נשתמש בהן גבוה רשאי
לישתמש בהו הדיוט וכלים שנשתמש גבוה
אל ישתמש בהן הדיוט אבל משאיל אדם
מטפחתו לספר וחוזר וליקחה ממנו
מטפחות ספרים משנין אותן לספרים אבל
לא לדברים אחרים.

ה העושה מנורה ונר לבית
הכנסת עד שלא נשתקע שם הבעלים מהן
רשאי לשנותן לדבר אחר יחיד שפסק
צדקה בעירו נותנם לעניי עירו בעיר אחרת
נותנה לעניי עיר אחרת הפרנסים שפסקו
צדקה בעירן נותנין אותה לעניי עירן
בעיר אחרת נותנין אותן לעניי עיר אחרת
הפוסק צדקה עד שלא זכו בה הפרנסים
רשאי לשנותן לדבר אחר משזכו בו
הפרנסין אין רשאי לשנותן לדבר אחר
אלא מדעתן.

ו גוי שהקדיש קורא לבית
הכנסת וכתוב עליו לשם בודקין אותו אם
אמר לשם הקדש נדרתי גונזין אותו
אם אמר לשם ברוך הוא נדרתו גוררים
מקום השם וגונזין אותו כלי גבוה
עד שלא נשתמש בהן גבוה רשאי
לישתמש בהן הדיוט משנשתמש בהן
גבוה אין רשאי לישתמש בהן הדיוט
וכלים שנעשו מתחלתן להדיוט אין עושין
אותן לגבוה אבנים וקורות שחצבו מתחלה
להדיוט אין בונין אותן בהר הבית אבני
היכל ועזרות שני פנמו אין להן פריון
וטעונין גניזה אמר רבי יהודה מעשה ברבי
אלעזר ברבי צדוק שלקח בית הכנסת של

Pro re, cujus præceptum est, ut fiat interdiu, totus dies legitimus est; & pro re, cujus præceptum sit, ut fiat nocte, tota nox legitima est; at pro iis non tenentur ratione residui, neque cogitatio ea reprobat ratione abominandi, nisi prius adscenderit columna auroræ.

IV. R. Menachem bar R. Jose: Filii congregationis non emunt plateam. Dicit Rabi Jehuda. De quo hæc dicta sunt? Quando cum iis non pacti fuerint rectores ipsius civitatis, at si cum iis pacti fuerint rectores ipsius civitatis, licet immutare in quam rem libuerit. Si faciat arcam, & lintea pro libro, priusquam iis usus fuerit Deus, licet idiotæ iis uti, & postquam iis fuerit usus Deus, non licet idiotæ iis uti; & vasis, quibus usus fuerit Deus, non utetur idiota; at potest homo commodare linteum pro libro, atque iterum emere ex eo lintea librorum, potest mutare de libris in libros, at non in res alias.

V. Si faciat candelabrum, & lucernam pro domo congregationis, priusquam in iis affigat nomen dominorum, licet ea mutare in res alias, postquam his affixerit nomen dominorum, non licebit ea immutare in res alias: Si privatus decernat eleemosynam in civitate sua, dabitur pauperibus civitatis suæ, in civitate alia, dabitur pauperibus alius civitatis; Rectores qui decreverunt eleemosynam in civitate sua, dabitur pauperibus civitatis suæ, si in civitate alia, dabitur pauperibus alius civitatis; Siquis decernat eleemosynam, priusquam acquisierint rectores, licet eam in rem aliam immutare; at postquam eam acquisierunt rectores, non licet eam in rem aliam immutare, sed distribuenda est juxta eorum mentem.

VI. Si gentilis sanctificet tignum pro domo congregationis, & in eo scribat pro Deo, inquirunt ab eo: Si dicat pro Deo sancto vovi; ipsum abscondunt: Si dicat pro Deo: abradunt locum, ubi scriptum est nomen Dei & ipsum abscondunt: Vas pro Deo priusquam inservierit Deo, potest inservire idiotæ; at postquam inserviit Deo, non poterit inservire idiotæ; & vasa, quæ facta fuerint a principio pro idiota, non faciunt pro Deo: Lapidibus & tignis, quæ cæsa fuerint a principio pro idiota, non ædificant in monte domus: Pro lapidibus templi, & atriorum, qui fracti fuerint, non est redemtio, & sunt abscondendi. Dicit R. Jehuda: Narratur de Rabi Elieser bar R. Zadoch, qui emit domum congregatio-

אכסנדריים שהיתה בירושלם והיה עושה
בה כל חפצו לא אסרו אלא שלא יהא
שם הראשון קרוי עליו.

ז בתי כנסיות אין נוהגין בהן
קלות ראש לא יכנס להן לא בחמה מפני
החמה ובצינה מפני הצינה ובגשמים מפני
הגשמים ואין אוכלין בהן ואין שותין בהן
ואין ישנין בהן ואין מטיילין בהן ואין
אבל קורין ושונין ודורשין בהן והספד
של רבים מספיד בהן אמר רבי יהודה
במה דברים אמורים בישובן אבל בחורבנן
מניחין אותן ומגדלין בהן העשבים מפני
עגמת נפש.

פרק שלישי

א ראש חדש אדר שחל להיות
בשבת קורין פרשת שקלים ומפטירין פרשת
שקלים שביהודע הכהן איזו היא שבת
ראשונה כל שראש חדש אדר חל להיות
בתוכה אפילו בערב שבת בשנייה זכור
ומפטירין כה אמר יהוה פקדתי את אשר
עשה עמלק לישראל איזו היא שבת שנייה
כל שפורים חל להיות בתוכה ואפילו בערב
שבת בשלישית פרה אדומה ומפטירין
וזרקתי עליכם מים טהורים וטהרתם איזו
היא שבת שלישית כל שסמוכה לפורים
מאחריו רביעית החדש הזה לכם ראש
חדשים ומפטירין כה אמר יהוה בראשון
באחד לחדש איזו היא שבת רביעית כל
שראש חדש ניסן חל להיות בתוכה ואפילו
בערב שבת היתה פרשת שקלים סמוכה
לאדר בין מלפניה בין מלאחריה קורין
אותה וחוזרין וכופלין אותה וכן בשנייה
וכן בשלישית וכן ברביעית וכן בפורים.

ב שואלין הלכות הפסח בפסח
והלכות עצרת בעצרת הלכות החג בחג
בבית הוועד שואלין בהלכות הפסח קודם
לפסח שלשים יום רבן שמעון בן גמליאל
אומר שתי שבתות יום טוב הראשון של
פסח קורין בפרשת הנף שבתורת כהנים
שאר כל ימות הפסח מדלגין מעניינות
הפסח הכתובין בתורה בעצרת שבעה
שבועות ויש אומרים בחדש השלישי בראש
השנה דבר אל בני ישראל לאמר בחדש

tionis Alexandrinorum, quæ erat Hierosolymæ, & fecit in ea, quod sibi libuit; non prohibuerunt, nisi quod nomen primum in ea non legeretur.

VII. In domibus congregationis non fieri solet contemtus; In eas non ingredietur in æstu propter æstum, & in frigore propter frigus, & in pluviis propter pluvias; neque in iis comedunt & bibunt, neque dormiunt, neque ambulant, at legunt, & student, & exponunt in illis; Luctus publicus fieri potest in illis: Dicit R. Jehuda: De quo hæc dicta sunt? Quando sint habitatæ, si vero fuerint destructæ, faciunt in iis crescere herbas propter anxietatem animi.

CAPUT III.

gna lucus, & separatum, & cultu Idololatrico adoratum, & nox, & alienus, & interdictum excelsi. Iste optime voluit intelligere ex eo, quod dicit Rabi Samuel bar Nachman: Et ejus habitatio fuit Ramatha quia ibi erat ejus domus, & ibi erat judex Israel: *& ædificavit ibi altare Domino:* Scriptum est: *Et levavit coquus armum & posuit ante Saul &c.* R. Samuel bar Nachman dicit: Armum & pinguedinem. R. Jochanan dicit armum & caudam: R. Eliefer dicit pectus & armum: Etenim dicit R. Eliefer: Pectus & armus pro sacerdotibus in excelso magno, & dominis in excelso parvo. R. Zehera nomine R. Eliefer: Pellis holocausti pro sacerdotibus in excelso magno, & dominis in excelso parvo. R. Jochanan quæsivit: Nox num erat legitima in excelso? Respondit R. Eliefer: Atqui scriptum est: *Et dixit Saul: Dispergimini in vulgus, & dicite illis, ut adducat unusquisque ad me bovem suum.* Pariterque scriptum est: *Ecce populus peccaverunt Domino; comedendo cum sanguine.* Quomodo? Nox pro profanis, & dies pro sanctificatis. Quando audivit R. Jochanan, dixit: optime nos docuisti R. Eliefer. R. Pinchas nomine R. Jose discipuli R. Elai: Alter textus dicit: *Et repulit tabernaculum Siloh.* Et alter dicit: *Et adduxit eum ad domum Domini in Siloh.* Quomodo? Domus in parte inferiori ex lapidibus exstructa erat, & in superiori erant aulæa. Et ista erit requies. Dicit R. Zehera; Dummodo sint decem palmi in ædificio domus: Atqui extat traditio: Sicut tentorium conventus erat extensum, ita pariter tentorium quod erat in Siloh erat extensum. Dicit R. Jose discipulus Rabi Bon: *Et asseres ejus, & vectes ejus, & columnæ ejus, & stylobatæ ejus:* Et conspiciebantur ansulæ, sicut stellæ in expanso. R. Chijah Raba dixit R. Simeoni bar Rabi: Ego audivi a patre tuo, quod omnia operimenta non essent nisi in portione Benjamin: Qua de causa? Quia dictum est: *Et inter humeros ejus habitabit.* Atqui scriptum est: *Et repulit tabernaculum Joseph, & tribum Ephraim non elegit; sed elegit tribum Juda.* Num in Juda elegit? At memoratur electio, electio. Sicut in electione ibi dicta Benjamin comprehenditur, ita pariter in electione hoc loco dicta Benjamin comprehenditur. R. Jonas, Rabi Abau nomine Rabi Jose ben Chanina: *Et beneplacito inhabitantis rubum.* Sanctitates, quæ acceptantur, comeduntur in portione Joseph. Dicit Rabi

יוסף . אמר רבי אבודמא דציפורין בראש תור היה נכנס מתוך חלקו של יוסף לתוך חלקו של בנימן והיה המזבח נתון עליו מה טעמא ונסב הגבול מזרחה תאנת שילה עד איסכופיה דשילה . רבי יונה רבי אבהו בשם רבי יוסי בן חנינה ורצון שוכני סנה ששרת שכינה בסנאיו של יוסף . רבי לעזר בשם רבי הושעיה מכה שנאכלו קדשים קלים ומעשר שני בכל הרואה לא צרך השונה להזהיר על אכילתן אלא על עלייתן . מה טעמא השמר לך פן תעלה עולותיך . פן תעלה עלייתן . רבי שמעון בר מיישא בעא קומי רבי לעזר מהו הרואה שילה או שילה ומשכן שילה . אמר ליה שילה ומשכן שילה . כגון הדא בית מעון אלא שזה מפסיק וזה אינו מפסיק . רבי יסא בשם רבי יוחנן זה סימן כל זמן שהארון מבפנים הבמות אסורות . יצא הבמות מותרות . רבי זעורא בעא קומי רבי יסא אפילו לשעה כגון ההיא דעלי. רבי אבהו בשם רבי יוחנן . שם שם . מה שם שנאמר להלן הבמות אסורות. אף שם שנאמר כאן הבמות אסורות . רבי שמעון בן לקיש בעא קומי רבי יוחנן מעתה אם אין ארון אין פסח . אמר רבי יוסי בי רב בון אזכרה אזכרה . מה אזכרה שנאמר להלן הבמות אסורות . אף אזכרה שנאמר כאן הבמות אסורות . וכן היה רבי יודה ורבי שמעון אומר מעשר שני בנוב ובגבעון ניחא כרבי יודה דרבי יודה אמר חטאת פסח ליחיד בבמה גדולה. אין חטאת פסח ליחיד בבמה קטנה כרבי שמעון דרבי שמעון אמר אף הציבור אינו מביא אלא מה שקבע עליו הכתוב . סבר רבי שמעון משנקבע מעשר שני עוד לא פסק . מנין שהכהנים יוצאים ידי חובתם בחלה ובתרומה . וישראל במעשר שני בפסח תלמוד לומר תאכלו מצות ריבה . יכול יצאו ידי חובתן בביכורים . תלמוד לומר בכל מושבותיכם תאכלו מצות . מצה הנאכלת בכל מושב יצאו ביכורים שאינן

Rabi Abduma ex Tsippori: In summitate montis ingrediebatur de portione Joseph intra portionem Benjamin; ubi situm erat altare: Qua de causa? Quia dictum est: *Et circuit terminus contra orientem in Thanathselo*: Usque ad limen Siloh. R. Jonas, R. Abau nomine R. Jose ben Chanina. Quod habitaverit Divinitas in rubo Joseph. R. Elieser nomine R. Osajah: Ex eo quod comederentur sanctitates leves, & decimam secundam quocunque prospici poterat, non est necesse ut iterum præmoneat de eorum comestione, sed de eorum oblatione: Qua de causa? Quia dictum est: *Cave tibi ne offeras holocausta tua:* Ne offeras oblationes tuas. R. Simeon bar Miscia quæsivit coram R. Elieser. Quid quocunque prospici poterat Siloh, an Siloh & tabernaculum Siloh? Respondit: Siloh & tabernaculum Siloh: Sicut illud: Domus habitaculi. At hoc interrumpit, & illud non interrumpit. R. Isa nomine R. Jochanan: Hoc est signum: Quandiu arca erat intus, excelsa erant interdicta; Si educeretur, excelsa erant permissa. R. Zehera quæsivit coram R. Isa vel una hora; sicut fuit tempore Eli. R. Abau nomine R. Jochanan: *Ibi, ibi*. Sicut ibi quod e loco memoratur excelsa erant interdicta, ita pariter ibi, quod hic memoratur, excelsa erant indicta. R. Simeon ben Lakisch quæsivit coram R. Jochanan: Hinc si non sit arca, non erit Pascha. Dicit R. Jose discipulus R. Bon: *Memoria, memoria:* Sicut in memoria, quæ ibi dicitur, excelsa erant interdicta, ita pariter in memoria, quæ hic dicitur, excelsa erant interdicta: Et similiter R. Juda, R. Simeon dicit: Decima secunda in Nob & in Gabaon: Recte juxta mentem R. Juda: Etenim R. Juda dicit: Sacrificium pro peccato & Pascha pro privato in excelso magno; at non erat sacrificium pro peccato & Pascha pro privato in excelso parvo: Juxta mentem R. Simeonis: Etenim R. Simon dicit: Ne cœtus quidem afferebat, nisi quod sibi statuerit textus: Putat R. Simeon quod postquam constituta fuerit decima secunda, non amplius cessaverit: Unde probatur quod sacerdotes satisfacerent debito suo placenta, & separatione, & Israelitæ decima secunda in Paschate? Ex eo quod dictum est: *Comedetis azyma:* Includit: Crederem, quod satisfacerent debito suo primitivis? Idcirco dictum est: *In cunctis habitationibus vestris comedetis azyma:* Azymum quod comeditur in cunctis habitationibus, excluduntur primitiva, quæ non comedun-

נאכלים בכל מושב . התיבון הרי מעשר שני . הרי הוא נאכל בכל מושב . ראוי הוא להיפרות ולהיאכל בכל מושב . רבי בון בר חייה בעי מעתה הלקוח בכסף מעשר שני טמא כרבי יהודה הואיל ואינו ראוי להיפרות ולהיאכל בכל מושב אין יוצאין בו . רבי שמעון בן לקיש בעי מעתה חלת עיסת מעשר שני בירושלם הואיל ואינה ראויה להיפרות ולהיאכל בכל מושב אין יוצאין בה . יכול יצאו ידי חובתן בחלות תודה וברקיקי נזיר . תלמוד לומר שבעת ימים מצות תאכלו. מצה הנאכלת כל שבעה . יצאו חלות תודה ורקיקי נזיר שאינן נאכלין כל שבעה . רבי יונה בשם רבי שמעון בן לקיש מכוה שנאכלו חלות תודה ורקיקי נזיר בכל ערי ישראל לא צרך השונה להוציאן מכושב . רבי יוסה בשם רבי שמעון בן לקיש זאת אומרת שנאכלו חלות תודה ורקיקי נזיר בכל ערי ישראל לא צרך השונה להוציאן ממושב . ניחא חלות תודה ורקיקי נזיר . לא כן אמר רבי יוחנן לית כאן נזירות . נזירות חובה היא אמר רבי בון בר כהנא תיפתר שקרבה חטאתו בשילה עולתו ושלמיו בנוב ובגבעון . רבי חנניה רבי עזרא בעון קומי רבי מנא לא כן אמר רבי בשם רבי יוסה שלמי חגיגה הבאים הבאים בבמה בשירים אלא שלא עלו לבעלים לשם חובה . אלא כרבי יודה דרבי יודה אמר חטאת פסח ליחיד בבמה גדולה . אין חטאת פסח ליחיד בבמה קטנה לא אתיא אלא כרבי שמעון דרבי שמעון אמר מביון שנזרק עליו אחד מן הדמים הותר הנזיר ביין וליטמא למתים . אית תניי תני מנוחה זו שילה . נחלה זו ירושלם . אית תניי תני מנוחה זו ירושלם . נחלה זו שילה . מאן דאמר מנוחה זו שילה כי לא באתם עד עתה ל המנוחה . נחלה זו ירושלם . העיט צבוע

duntur in cunctis habitationibus: Opponitur : Ecce decima secunda , ecce comeditur in cunctis habitationibus , conveniens est ut redimatur , & comedatur in cunctis habitationibus . R. Bon bar Chijah quæsivit: Si emat argento decimæ secundæ pollutæ juxta mentem R. Jehuda, quoniam non est conveniens ut redimatur , & comedatur in cunctis habitationibus , ea non satisfaciunt debito suo . R. Simeon ben Lakisch quæsivit : Hinc placenta massæ farinaceæ decimæ secundæ in Hierusalem quoniam non erat conveniens, ut redimeretur, & comederetur in cunctis habitationibus , non satisfaciunt debito suo : Crederem quod satisfacerent debito suo placentis sacrificii Eucharistici , & laganis Nazyræi ? Idcirco dictum est : *Septem diebus comedetis azyma* . Ex eo quod comeditur septiduo : Excluduntur placentæ sacrificii Eucharistici, & lagana Nazyræi, quæ non comeduntur toto septiduo: R. Jonas nomine R. Simeonis ben Lakisch : hinc probatur quod comedantur placentæ sacrificii Eucharistici , & lagana Nazyræi in cunctis civitatibus Israel, non erat necesse , ut iterum excluderet ab habitatione . R. Jose nomine R. Simeonis ben Lakisch : Hoc dicit , quod placentæ sacrificii Eucharistici , & lagana Nazyræis comederentur in cunctis civitatibus Israel; neque erat necesse ut iterum excluderet ex habitatione . Recte placentæ sacrificii Eucharistici , & lagana Nazyræi : Non ita dicit R. Jochanan : Non sunt in hoc loco Nazyræatus : Nazyræatus sunt ex debito . Dicit R. Bon bar Channa : Potest exponi , quod obtulerit sacrificium suum pro peccato in Silo , & suum holocaustum & pacifica in Nob & Gabaon . R. Chanina , R. Zehera quæsierunt coram R. Mena : Non ita dicit Rabi nomine R. Jose : Si pacifica solennitatis offerantur in excelso, sunt legitima , at non inserviunt dominis nomine debiti . At juxta mentem R. Juda : Etenim R. Juda dicit : Sacrificium pro peccato , & Pascha pro privato in excelso magno , at non erit sacrificium pro peccato & Pascha pro privato in excelso parvo : Non adducitur nisi juxta mentem Rabi Simeonis: Etenim R. Simeon dicit : Postquam fuerit adspersus super eo unius de sanguinibus , permittitur Nazyræo vinum, & pollutio in mortuis: Est qui docet: *Quies*: Hæc est Siloh : *Possessio*: est Hierusalem : Est qui docet : Quies est Hierusalem ; possessio est Siloh: Qui dicit : Quies est Siloh : *Quia non venistis hactenus ad quietem* : *Possessio* est Hie-

נחלתי לי . מאן דאמר נחלה זו שילה
היתה לי נחלתי כאריה ביער . מנוחה זו
ירושלם . זאת מנוחתי עדי עד וגומר .
לאחר שעשה לו חבילה והיה נינח בה .
כך באוהל מועד נאסרו הבמות . בגלגל
הותרו הבמות . בשילה נאסרו הבמות .
בנוב ובגבעון הותרו הבמות . בירושלם
נאסרו הבמות . למלך שאמר לעבדו אל
תשתה יין לא מטבריא ולא מקיסרין
ולא מציפורין הא בינתיים מותר . כך
באוהל מועד עשו ארבעים חסר אחת .
בגלגל עשו ארבע עשרה . שבע שכיבשו
ושבע שחילקו . בשילה עשו שלש מאות
וששים ותשע . בנוב ובגבעון עשו חמשים
ושבע . שלש עשרה בנוב . וארבעים וארבע
בגבעון . ובירושלם עשו בבנין הראשון
ארבע מאות ועשר . ובבנין האחרון ארבע
מאות ועשרים . לקיים מה שנאמר גדול
יהיה כבוד הבית הזה האחרון מן הראשון :

פרק שני

א הקורא את המגילה למפרע
לא יצא . קראה על פה קרא תרגום
בכל לשון לא יצא . אבל קורין אותה
ללעוזות בלעז . והלעז ששמע אשורית
יצא

ב קראה סירוגין נתמנם יצא .
היה כותבה דורשה ומגיהה אם כיון לבו
יצא . ואם לאו לא יצא . היתה כתובה
בסם ובסיקרא ובקומוס ובקנקנתוס על
הנייר ועל הדיפתרא לא יצא עד שתהא
כתובה אשורית על הספר בדיו .

ג בן עיר שהלך לכרך ובן כרך
שהלך לעיר אם עתיד לחזור למקומו קורא
במקומו . ואם לאו קורא עמהם . מהיכן
קורא אדם את המגילה ויוצא בה ידי
חובתו רבי מאיר אומר כולה . רבי יהודה
אומר מאיש יהודי . ורבי יוסי אומר מאחר
הדברים האלה :

ד הכל כשרים לקרות את
המגילה חוץ מחרש שוטה וקטן . רבי
יהודה מכשיר בקטן . אין קורין את המגילה
לא מולין ולא טובלין ולא מזין . וכן

Hierusalem: *Hæc est requies mea in seculum seculi*. Qui dicit: Possessio est Siloh: *Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in Silva*. Quies est Hierusalem: *Hæc est requies mea in seculum seculi*. Simile est illi, qui sibi faciat fasciculum, ut in eo conquiescat: Sic in tentorio conventus fuerunt interdicta excelsa: In Gilgal fuerunt permissa excelsa: In Siloh interdicta fuerunt excelsa. In Nob & Gabaon permissa fuerunt excelsa: In Hierusalem interdicta fuerunt excelsa: Simile est regi, qui dicat servo suo: Ne bibas vinum, neque ex Tiberiade, neque ex Cæsaræa neque ex Tsippori; Ecce inter ea permissum est: Ita pariter in tentorio conventus vixerunt quadraginta annos minus uno; in Gilgal quatuordecim, septem, quibus subegerunt, & septem quibus diviserunt; In Siloh 369. In Nob & Gabaon septem & quinquaginta, tredecim in Nob, & quatuor & quadriginta in Gabaon, & Hierosolymæ in primo ædificio 410. & in secundo 420. Ad confirmandum quod dictum est: *Magna erit gloria domus hujus possessionis præ priori*.

CAPUT II.

I. SI legat Megillah ordine inverso, non satisfacit debito suo; si legat oraliter, si legat Chaldaice, & in quacunque lingua, non satisfacit debito suo: Si legat barbarus barbare, & barbarus Hebraice audiat, satisfacit debito suo.

II. Si legat per pausas, & dormiat, satisfacit debito suo: Si inter scribendum, exponendum, & corrigendum intentionem habeat, satisfacit debito suo, si minus, non satisfacit: Si scribat auripigmento, & minio, & gummi, & chalcantho super papyro aut super pergameno, non satisfacit, nisi Hebraice super libro & cum atramento.

III. Si incola urbis eat ad oppidum, & incola oppidi si eat ad urbem, si rediturus est ad locum suum, legat in loco suo, si minus, legat cum illis: At unde leget homo Megillah, ut satisfaciat debito suo? R. Meir dicit totam. R. Jehuda dicit a loco, ubi dicitur: *Erat vir Judæus &c.* R. Jose dicit: *His rebus gestis &c.*

IV. Omnes legitimi sunt ad legendum Megillah, excepto surdo, & stulto, & puero. R. Jehuda puerum probat: Non legunt Megillah, neque circumcidunt, neque lavant, neque adspergunt: Et similiter, quæ observat de

שומרת יום כנגד יום לא תטבול עד שתנץ החמה . וכולן שעשו משעלה עמוד השחר כשר .

ה כל היום כשר לקריאת המגילה ולקריאת ההלל ולתקיעת שופר ולנטילת לולב ולתפילת המוספין ולמוספין לוידוי פרים ולוידוי מעשר ולוידוי יום הכיפורים .

ו לסמיכה לשחיטה לתנופה ולהגשה לקמיצה להקטרה למליקה לקבלה להזייה ולהשקיית סוטה ולעריפת העגלה ולטהרת מצורע .

ז כל הלילה כשר לקצירת העומר להקטר חלבים ואיברים . זה הכלל דבר שמצותו ביום כשר כל היום . ושמצותו בלילה כשר כל הלילה .

סליק פירקא

הלכה א הקורא את המגילה למפרע לא יצא . דכתיב ככתבם . קראה על פה לא יצא דכתיב ככתבם . קראה תרגום לא יצא דכתיב ככתבם . בכל לשון לא יצא דכתיב ככתבם וכלשונם . רבי יונה אמר תנה נחמן בר ארא . רבי יוסה אמר תנה נחמן סבא והיו כדרך הוייתן יהיו . ותני אף בהלל ובקרית שמע . המגילה בן . ניחא בקריאת המגילה דכתיב ככתבם . ברם בהלילא בנין דכתיב ממזרח שמש עד מבואו מהולל שם יהוה . מהולל שם יהוה ממזרח שמש ועד מבואו . מה את שמע מינה . אמר רבי אבון עוד היא אמורה על סדר בצאת ישראל ממצרים . לשעבר לא לנו יהוה לא לנו לדורות הללו . אהבתי כי ישמע יהוה לימות המשיח . אסרו חג בעבותים לימות גוג ומגוג . אלי אתה ואודך לעתיד לבוא . רבי

de die in diem, non se lavabit, donec illuxerit sol; Si hæc omnia fiant, antequam adscendat columna auroræ, legitima sunt.

V. Totus dies legitimus est ad legendum Megillah, & ad legendum Hallel, & ad clangendum cornu, & ad sumendum palmam, & ad orationem addititiam, & ad sacrificia addilitia, & ad confessionem juvencorum, & ad confessionem decimæ, & ad confessionem diei expiationum.

VI. Ad impositionem manuum, ad mactationem, ad ventilationem, ad admotionem, ad pugillationem, ad adolitionem, ad unguesectionem ad acceptionem sanguinis, & ad sparsionem, & ad potandum mulierem adulterii suspectam, & ad decollationem vitulæ, & ad purificationem leprosi.

VII. Tota nox legitima est ad demessionem manipuli, & adolitionem adipum, & membrorum: Hæc est regula generalis: Cujus præceptum est de die, legitimus est totus dies: Cujus præceptum est de nocte, legitima est tota nox.

Finis capitis.

Constitutio I. Si legat ordine inverso, non satisfacit debito suo; Scriptum est enim: *Juxta scripturam suam*. Si legat oretenus, non satisfacit debito suo: Scriptum est enim: *Juxta scrìpturam suam*. Si legat Chaldaice, non satisfacit debito suo: Scriptum est enim: *Juxta scripturam suam:* In quavis lingua non satisfacit debito suo: Scriptum est enim: *Juxta scripturam suam, & linguas suas*. R. Jonas dicit: Docuit Nachman bar Ada. R. Jose dicit: Docuit Nachman senior: Et erunt juxta modum quo esse debent. Traditio: Etiam in Hallel & in lectione Audi: Megillah ita est: Recte in lectione Megillah: Scriptum est enim: *Juxta scripturam suam:* Profecto in Hallel sicut scriptum est: *Ab ortu solis usque ad occasum laudabile nomen Domini*, *laudabile nomen Domini ab ortu solis usque ad occasum:* Quid hinc eruis? Dicit R. Abon: Præterea dictum est super ordine: *In exitu Israel de Ægypto:* Pro tempore præterito: *Non nobis Domine, nou nobis:* In generationibus: *Laudate: Dilexi, quoniam exaudivit Dominus:* In diebus Messiæ: *Constituite diem solennem in condensis*. In diebus Gog & Magog: *Deus meus es tu & confitebor tibi*. Pro tempore futuro. Rabi Jose nomine Rabi

יוסי בשם רבי אחא רבי זעורה בשם רבי לעזר . והיא שתהא כתובה בלעז . מה אנן קיימים אם בשהיתה כתובה אשורית ותירגמה בלעז הדא דתנינן בכל לשון. אם בשהיתה כתובה בלעז ותירגמה אשורית הדא היא דתני מה בין ספרים למגילת אסתר אלא שהספרים נכתבין בכל לשון. ומגילת אסתר נכתבת אלא אשורית אמר רבי שמואל בר סוסרטי תיפתר שהיתה כתובה גינגטון . תני שמואל טעה והשמיט פסוק אחד ותירגמו המתרגם יצא . אנן אמרין בכל לשון לא יצא ואת אמר הבין . שמואל ברעתיה . רבי שמואל אמר היתה כתובה כהילכתה הלעוז יוצא בה בלעז . רבי אבהו בשם רבי לעזר יורע אשורית ויורע לעז יוצא בה בלעז ואשורית בלעז יוצא בה בלעז . יורע אשורית ויורע לעז מהו שיוציא ידי אחרים בלעז . ייבא כהרא כל שאינו חייב ברבר אינו מוציא את הרבים ידי חובתן.

הלכה ב תני סירוגים יצא . סירוסים לא יצא. סירוגין קיטועין. סירוסים חד פרה חד . אמר רבי חני סירוגים וחלוגלוגות . ומי גרול בחכמה או בשנים איצרכת לחברייא אמרון ניסוק נישאול לבית רבי סלקון מישאול ואמרון יצאת שפחה משל בית רבי. אמרת להם היכנסו לשנים. אמרון ייעול פלן קמי ייעול פלן קמי. שרון עלין קטעין קטעין . אמרה להם למה אתם נכנסין סירוגין סירוגין . חר רבי הוה פרחינין ונפלון מיניה אמרה ליה רבי נתפזרו חלגלוגיך . אמרה לה אתייא מטאטא ואייתת אלבינה . רבי מנא אמר בשם רבי יודה שאמר משם רבי יוסה הגלילי הפסיק בה כדי לקרות את כולה לא יצא ידי חובתו . רבי בא רב ירמיה בשם רב הלכה כרבי מנא שאמר משם רבי יהודה שאמר משם רבי יוסי הגלילי הפסיק בה רבי יוחנן בשם רבי שמעון בן יוצרק אף בהלל ובמגילה כן . אבא בר חונא ורב חסדא הוון יתבין אמרין אף בתקיעות כן . סלקון לבית רבי ושמעון רב הונה בשם רב אפילו שמען עד תשע שעות יצא . אמר רבי זעורה עד דאנא

bi Acha, R. Zehera nomine R. Eliefer; Dummodo ipsa scripta sit barbare; quomodo nos explicabimus? Quando fuerit scripta Assyriace & exponatur barbare; hoc est quod legimus: in omni lingua; Si quando fuerit scripta barbare, & exponatur Assyriace; hoc est quod legimus: Quæ differentia est inter libros & Megillah Esther? Nisi quod libri scribantur omnia lingua, & Megillah Esther non scribatur nisi Assyriace. Dicit R. Samuel bar Susarthi: Potest exponi, quod sit scripta Arabice. Traditio Samuelis: Si errans intermittat versiculum unum, & interpres interpretur, satisfacit debito suo: Nos dicimus: in omni lingua non satisfacit debito suo; & tu ita dicis? Samuel juxta sententiam suam. R. Samuel dicit: Si scripta fuerit juxta constitutionem suam barbare, barbarus satisfacit debito suo. R. Abau nomine R. Eliefer: Si sciat Assyriace, & sciat barbare, quid? Num liberat alios barbare? Adducitur juxta illud quod dicitur: Qui non obligatur, non liberat alios a debito suo.

Constitutio II. Traditio: Si per pausas legat, satisfacit debito suo: Si ordine inverso, non satisfacit debito suo: סירוגים sunt mutili; סירוסים: alter destruit alterum: Dicit R. Haggæus: Partes & portulacæ: & qui erat præstantior sapientia & annis, opus habet sociis: Dixerunt: adscendamus ad inquirendum ex domo Rabi: Adscenderunt ad inquirendum, & dixerunt: Egressa est ancilla de domo Rabi, dicens illis: Ingredimini bini bini: Dixerunt: Ingrediatur N. ante me ingrediatur N. ante me: Inceperunt ingredi mutilatim; dixit illis: Cur vos ingredimini partes, partes, i.e. particulariter? Quando Rabi portabat portulacas, & inde cadebant, dicebat illi: Rabi dispersæ sunt portulacæ tuæ: Dicebat illi: Affer scopam & illa adducebat laterem. Rabi Mena dicit nomine R. Juda, qui dicit nomine R. Jose Galilæi; Si cesset, ut legat totam, non satisfacit debito suo: R. Ba bar Hieremia nomine R. Cholbo bar R. Mena qui dicit nomine R. Jehuda, qui dicit nomine R. Jose Galilæi: Poterit in ea cessare: R. Jochanan nomine R. Simeonis ben Josadeck similiter in Hallel, & in Megillah: Aba bar Huna, & R. Chasda respondentes dixerunt: Ita pariter in clangore: Adscenderunt in domum Rabi, & audierunt R. Huna nomine Rab; Vel si audiat usque ad horam nonam, satisfacit debito suo. Dicit R. Zehera: Donec ibi fui,

תמן איצרכת לי . סלקית להכא שמעית
דאמר רבי יסא בשם רבי יוחנן אפילו
שמען כל היום יצא והוא ששמען על סדר
רבי יוסה בעי היה זה צריך לפשוטה
ראשונה וזה צריך לפשוטה אחרונה תקיעה
אחת מוציאה ידי שניהן . רבי בון בר
חייה בעי כגון קרית שמע וברכותיה . היא
ולא ברכותיה . ברכותיה ולא היא . הפסיק
שלישה וחזר והפסיק שלישה . ובקורא
משערים . ובכל ארם משערים . אמר רבי
מתניה לא מסתברא בקורא . מנשה הוה
יתיב קומי רבי זעורה ואינמנם אמר ליה
חזור לך דלא כוונית . היה כותבה . הרא
אמורה שהוא מותר בעשיית מלאכה. נאמר
בארבעה עשר כברכים . ודורשה . ובלבד
שלא יפלינ עצמו לעניינות אחרים. ומניהה
תני אין מדקדקי בטעיותיה . רבי יצחק בר
אבא בר מחסיה ורב חננאל הוון יתיבין
קומי רב חד אמר יהודים וחד אמר
יהודיים . ולא חזר חד מינהון . רבי יוחנן
הוה קרי כולה יהודים . רבי חלבו רב
ירמיה בשם רב כתוב אחד אומר ספר .
וכתוב אחר אומר אינרת . הא ביצד קל
היקילו בתפירתה שאם תפר בה שנים או
שלשה תכים שהיא בשירה.

הלכה ג ניחא בן כרך שהלך
לעיר שזמנו מאוחר . בן עיר שהלך לכרך
ואין זמנו מוקדם . אמר רבי יודן לית כאן
בן עיר שהלך לכרך . ותניי דבית רבי כן
בן כרך שהלך לעיר . אמר רבי יוסי אוף
כאן בעתיד להשתקע עמהן. אמר רבי יוסה
והוא שיצא קודם לשהאיר מזרח . אבל
אם יצא לאחר שהאיר המזרח כבר
נפטר . רב נחמן בר יעקב בעי מעתה גר
שמל לאחר שהאיר המזרח כבר נפטר.
רבי בון בר חייה בעי בן עיר שעקר
דירתו לילי חמשה עשר נתחייב כאן ובן
כרך שעקר דירתו בליל ארבע עשר נפטר
מיכאן ומיכאן . בן עיר מהו שיוציא בן
כרך ידי חובתו ייבא כהדא כל שאינו
חייב בדבר אינו מוציא את הרבים ידי

fui, mihi necesse fuit: Illuc adscendi, & audivi, quod diceret R. Isa nomine R. Jochanan; Vel si audiat toto die satisfacit debito suo, dummodo audiat juxta ordinem. R. Jose quæsivit: Hoc requirit sonus extensus primus, & illud requirit sonus extensus posterior, & unus clangor liberat ambos: R. Bon bar Chijah quæsivit: Propter lectionem Audi, & ejus benedictionem: Si ipsa, & non ejus benedictio, si ejus benedictio & non ipsa, si cesset in tertia, atque iterum cesset in tertia: & de eo qui legit juxta æstimationem; & in singulis hominibus juxta æstimationem. Dicit R. Mathania: Non probabiliter in eo qui legit: Manasse assedit coram R. Zehera, & obdormiit; Dixit illi: Repete, quia non attendisti: Scribet eam: Hoc dicit, quod sit permissum opus: Dictum est: *Quarta decima in oppidis*: Et exponet eam, dummodo ne distrahat seipsum in alia subjecta; & meditabitur in ea: Traditio: Non subtiliter inquirunt in ejus rationibus. R. Isaach bar Aba bar Machasia, & R. Chananel assederunt coram Rab: Alter dixit יהודים & alter dixit יהודיים: Et nemo ex iis aliquid respondit: R. Jochanan legebat totam יהודים R. Cholbo, R. Hieremias nomine Rab: Alter textus dicit *librum*, & alter dicit *epistolam*. Quomodo? Allevando allevarunt in ejus futura: Si enim consuat in ea duas aut tres chartas quod sit legitima.

Constitutio III. Recte, si incola oppidi eat in civitatem, quod ejus tempus differatur, si incola civitatis eat in oppidum, quod ejus tempus anticipetur. Dicit R. Jodan: Non agitur hoc loco de incola civitatis si eat in oppidum: Atqui ita extat traditio scholæ Rabi: Si incola oppidi eat in civitatem: Dicit R. Jose: Similiter hoc loco, quando futurum sit, ut clangat cum eis: Dicit R. Jose: Dummodo egrediatur priusquam illuminetur oriens. At si egrediatur postquam fuerit illuminatus oriens, jam liber est. R. Nachman bar Jacob quæsivit: Hinc probatur, si proselytus circumdatur postquam illuminatus sit oriens, quod sit liber. R. Bon bar Chijah quæsivit; Si incola civitatis aboleat incolatum suum nocte diei decimæ quartæ, hoc loco tenetur, & incola oppidi si aboleat incolatum suum nocte diei decimæ quartæ, ab utroque liber est: Incola civitatis num liberat incolam oppidi a debito suo? Adducitur juxta id quod traditur: Qui ad rem non obligatur, non liberat cœtum a debito suo: In-

חובתן . בן כרך מהו שיוציא את בן עיר ידי חובתו . ייבא כהדא כל שאינו חייב בדבר אינו מוציא את הרבים יד חובתן : או ייבא כהיא דאמר רבי חלבו רב חונה בשם רבי חייה רבה הכל יוצאין בארבעה עשר שהוא זמן קריאתה . רבי יודן בעי בן עיר שנתן דעתו לעקור דירתו לילי חמשה עשר . לא מתניתא היא בן עיר שהלך לכרך . מתניתה בשהיה בכרך . מה צריכה ליה בשהיה בעיר . אבל מפרשי ימים והולכי מדברות קוראים כדרכן בארבעה עשר . אמר רבי מנא בעתיד לחזור למקומו . אמר רבי פינחס על כן היהודים הפרזים פרוז היה באותה שעה מהיכן קורא אדם את המגילה ויוצא בה ידי חובתו . רבי מאיר אומר את כולה . רבי יהודה אומר מאיש יהודי . רבי יוסה אומר מאחר הדברים האלה . רבי אבהו בשם רבי לעזר מאן דאמר כולה על כן על כל דברי האיגרת הזאת . מאן דאמר מאיש יהודי ומה ראו על ככה . מאן דאמר מאחר הדברים האלה ומה הגיע אליהם . רבי סימון בשם רבי יהושע בן לוי מאן דאמר כולה וכל מעשה תוקפו וגבורתו : מאן דאמר מאיש יהודי ופרשת גדולת מרדכי . ומאן דאמר מאחר הדברים האלה אשר גדלו המלך . רבי יוסי בי רבי בון בשם רבי יהושע בן לוי תוקף כל תוקף את כל תוקף . תוקף זה תוקפו של המן כל תוקף זה תוקפו של מרדכי . את כל תוקף . זה תקפו של אחשורוש . תני רבי שמעון בן יוחאי אומר מבלילה ההוא ממקום שהיתה מפלתו של המן משם היתה גדולתו של מרדכי . רבי בא רב ירמיה בשם רב הלכה כרבי מאיר דהוא אמר כולה . רבי זעורה בשם רבי יוחנן בעירובין ובתענית ציבור נהגו הכל כרבי מאיר . רבי חלבו רב מתנה יוסי בר מנישא בשם רב בין כמאן דאמר כולה .

Incola oppidi num liberat incolam civitatis a debito suo? Adducitur juxta id quod traditur: Qui ad rem non obligatur, non liberat cœtum a debito suo. Aut dicendum est juxta id, quod dicit R. Cholbo, R. Huna nomine R. Chijah Raba: Omnes satisfaciunt debito suo die decima quarta, in qua erat tempus lectionis: Rabi Jodan quæsivit: Incola civitatis si cogitet abolere incolatum suum nocte diei decimi quinti. Misna non ita se habet; si incola civitatis eat in oppidum; Misna dicit, quando sit in oppido: Quid necesse est? Quando sit in civitate: At navigantes, & itinerantes in desertis legebant juxta eorum consuetudinem die quarta decima: Dicit R. Mena de eo, qui sit reversurus in locum suum: Dicit R. Pinchas: Quia Judæi dispersi erant in pagis eo tempore: Unde leget homo Megillah, ut satisfaciat debito suo? Rabi Meir dicit: Leget integram: R. Jehuda dicit: Incipiet a loco ubi dicitur: *Erat vir Judæus:* R. Jose dicit: incipiat a loco ubi dicitur: *His ita gestis*. Rabi Abau nomine R. Eliefer: Qui dicit integram: Idcirco dictum est: *Cuncta quæ gesta sunt, in hac epistola continentur*. Qui dicit: Incipiet a loco ubi dicitur: *Erat vir Judæus: Et quid viderunt super hoc?* Qui dicit: Incipiet a loco ubi dicitur: *His ita gestis. Et quid contigit illis?* Rabi Simeon nomine R. Jehosua ben Levi: Qui dicit integram: *Et omne opus roboris ejus & fortitudinis ejus*: Qui dicit a loco ubi dicitur: *Erat vir Judæus:* Et sectionem magnificentiæ Mardochæi: & qui dicit: *His ita gestis: quem magnificavit rex*. R. Jose discipulus R. Bon nomine R. Jehosua ben Levi: dictum est *Robur, omne robur, omne robur: Robur;* Hoc est robur Aman: *Omne robur:* Hoc est robur Mardochæi: *Omne robur:* Hoc est robur Assueri. Traditio R. Simeon ben Jochai dicit: Incipiet a loco, ubi dicitur: *Nocte illa:* A loco ubi fuit excidium Aman, fuit magnificentia Mardochæi. R. Ba, R. Hieremias nomine Rab: Constitutio juxta mentem R. Meir, qui dicit integram. R. Zehera nomine R. Jochanan in mixturis, & in clangore cœtus facere solent omnia juxta mentem R. Meir. R. Jacob bar Acha nomine R. Jochanan; Similiter in Megillah Esther facere solent omnia juxta mentem R. Meir. R. Cholbo, R. Matania, Jose bar Manascia nomine Rab: Sive juxta mentem illius qui dicit integram, sive juxta mentem illius qui dicit a loco ubi dicitur:

tur:

בין כמאן דאמר מאיש יהודי . בין כמאן
דאמר מאחר הדברים האלה . ובלבד
מספר שלם . רבי חלבו רב מתנה יוסי בר
מניישא בשם רב אם היתה כתובה
חומשין אין קוראין בה ברבים . אמר רבי
תנחומא מפני ההדיוטות . עולא ביריה
רבי לעזר בשם רבי חנינה רגיל צריך
לקרותה בלילה ולשנותן ביום . הוינן סברין
מימר לשנות משנתה . אמר רבי אבא
מרי בבלייה לשנות קרייתה . רבי ברכיה
רבי חלבו . עולא ביריה רבי לעזר בשם
רבי חנינה עתיד הקדוש ברוך הוא
להיעשות ראש חולה לצדיקים לעתיד
לבוא . מה טעמא שיתו ליבכם לחילה ·
לחולה כתיב . והצדיקים מראין אותו
באצבע ואומרים כי זה אלהים אלהינו
עולם ועד הוא ינהגנו עלמות . עלמות
בעלימות . בזריזות עלמות כאילין עלמות .
תירגם עקילס אתא נסייא עולם שאין
בו מות . והצדיקים מראין אותו באצבע
ואומרים כי זה אלהים אלהינו עולם ועד
הוא ינהגנו עלמות . הוא ינהגנו בעולם
הזה . הוא ינהגנו לעתיד לבוא . רבי
חלבו רב חמא בר גוריא בשם רב חמא
בר עיקבא בשם רבי יוסי בן חנינה
משפחה ומשפחה מיכן למשמרות כהונה
ולויה שיהו בטילין . אמר רבי חלבו מיכן
לביה הוועד שיהא בטל . שמעון בר בא
בשם רבי יוחנן וזכרם לא יסוף מזרעם .
מיכן שקבעו לה חכמים מסכת.

הלכה ד הכל כשרים לקרות את
המגילה חוץ מחרש שוטה וקטן . אמר רב
מתנה דרבי יוסי היא . אמר רבי יוסה
הוינן סברין מימר מה פליגין רבי יוסה
ורבנן בשמע דכתיב בה שמע . הא שאר
כל המצות לא . מן מה דרב מתנה אמר
דרבי יוסי היא . הדא אמרה היא שמע
היא שאר כל המצות . ומה טעמא דרבי
יוסי והאזנת למצותיו . שמע אזנך מה
שפיך מדבר . רב חסדא אמר לית כאן
חרש . באשגרת לשון היא מתניתא. אמר
רבי יוסה מסתברה יודה רב חסדא
בתרומות דהיא דרי יוסי . אתא
רבי חנניה בשם רב חסדא דרבי
יוסה היא . אמר רבי יוסה בי רבי

tur: *Erat vir Judæus;* Sive juxta mentem illius qui dicit a loco, ubi dicitur: *His ita gestis*. Dummodo sit a libro perfecto. R. Cholbo, R. Matania, Jose bar Menascia nomine Rab; si scripta fuerit in Pentateucho, non legunt in ea in cœtu: Dicit R. Tanchuma propter idiotas: Ela bar R. Eliesar nomine R. Chanina; Exercitatus debet legere in nocte, & repetere in die: Isti putant dicendum; quod iterum repetat. Dicit R. Abau Mari: Babylonienses repetunt lectionem: R. Barachias, R. Cholbo; Ela bar R. Eliesar nomine R. Chanina: Futurum est, ut Deus S. B. fiat princeps virtutis justis in seculo futuro: Qua de causa? Quia scriptum est: *Ponite corda vestra in virtute ejus:* לחולה scriptum est: Et justi monstrabunt ipsum digito dicentes; *Quia hic est Deus Deus noster in seculum seculi; ipse reget nos in secula:* Ipse reget nos usque ad mortem; usque ad mortem in occultationibus; cum solicitudine usque ad mortem in his mundis. Interpretatur Onkelos: Venit signum mundi, in quo non est mors: Et justi mostrabunt ipsum digito dicentes; *Quia hic est Deus Deus noster in seculum seculi, ipse reget nos* in hoc seculo; *ipse reget nos* in seculo futuro. R. Cholbo, R. Chama bar Goriah nomine R. Chama bar Akab nomine R. Jose ben Chanina: Dictum est: *Familia & familia:* Hinc probatur, quod classes sacerdotii & ordinis Levitici cessabunt: Dicit R. Cholbo: Hinc probatur, quod domus congregationis cessabit: Simeon bar Ba nomine R. Jochanan: Dictum est enim: *Et memoria eorum non cessabit ab eorum progenie*. Hinc statuerunt illi sapientes tractatum.

Constitutio IV. Omnes legitimi sunt ad legendum Megillah, excepto surdo, stulto, & puero. Dicit R. Matania; Hæc est opinio R. Jose: Dicit R. Jose: Illi putant dicendum: In quo dissentiunt R. Jose, & sapientes? In eo qui audit: Etenim ibi scriptum est: *Audi:* At in reliquis præceptis minime: Ex eo quod R. Matania dicit, quod sit opinio R. Jose; hoc dicit: Tam audiens, quam cetera omnia præcepta: Quænam est ratio R. Jose? *Et aurem præbueris mandatis ejus*. Audiat auris tua, quod os tuum loquetur. R. Chasda: Non agitur in hoc loco de surdo: De secluso in lingua Misna loquitur. Dicit R. Jose: Probabiliter fatetur R. Chasda in separationibus quod sit opinio R. Jose: Venit R. Chananjah nomine R. Chasda, quod sit opinio R. Jose: Dicit R. Jose discipu-

בון על כורחך את אמר דהיא דרבי יוסה
דתנינן חמשתי קדמייתא ולא תנינתא
עמהון אם משם שאין תרומתו תרומה
דתנינן חמשתי אחרייתא ולא תנינתה
עמהון הוי סופך מימר דרבי יוסה היא.
רבי יהודה מכשיר בקטן. אמר רבי יהודה
קטן הייתי וקריתיה לפני רבי טרפון בלוד.
אמרו לו קטן הייתה ואין עדות לקטן.
אמר רבי מעשה שקריתיה לפני רבי
יהודה באושא. אמרו לו קטן זו ראייה
הוא שהוא מתיר. מיכן ואילך נהגו
הרבים לקרותה בבית הכנסת. בר קפרא
אמר צריך לקרותה לפני נשים ולפני
קטנים שאף אותם היו בספק. רבי יהושע
בן לוי עבד כן מכנש בנוי ובני בייתיה
וקרי לה קומיהון. אין קורין את המגילה
עד שתנץ החמה דכתיב ביום אשר סיברו
איבי היהודים לשלוט בהם ולא מולים.
דכתיב וביום השמיני ימול בשר ערלתו.
ולא טובלין. דכתיב והזה וטבל. מה
הזייה ביום. אף טבילה ביום. מנין שההזיה
ביום דכתיב והזה הטהור על הטמא ביום
השלישי. כל מחוייבי טבילות טובלין כדרכן
ביום חוץ מן הנידה ויולדת שאינן טובלות
אלא בלילה. נידה שעיבר זמנה טובלת
בין ביום ובין בלילה. דרשה רבי חייא בר
בא לצורייא נידה שעיבר זמנה טובלת
בין ביום בין בלילה. תמן אמרין אפילו
עיבר זמנה לא. חמותה מפני כלתה.
אשת אחת משל רבותינו ראו אותה
טובלת כדרכה ביום. נאמר מעוברת זמן
הוות. נידה שנאנסה וטבלה רבי שמי
בשם רב טהורה לביתה וטמאה לטהרות.
רבי לעזר בשם רבי חנינה טמאה בין
לביתה בין לטהרות. מה טמא וכובס
שנית וטהר. מה הראשונה לדעת אף
השנייה לדעת. מנין שהראשונה לדעת
יצוה הכהן וכבסו לדעת. ואנן חמיי רבנן
מקדמין לעיבורה. רבי נחמן בשם רבי
מנא מצוה להקדים כדי לזרז במצות.

הלכה ה כל היום כשר לקריאת

pulus R. Bon: Invitus tu dicis, quod sit opinio R. Jose: Etenim legimus: Quinque priores, non autem secundi cum illis; si ea de causa, quod ejus separatio non sit separatio: Atqui legimus: Quinque posteriores, non autem secundi cum illis: Ecce finis erit ut dicas, ut sit opinio R. Jose. R. Jehuda probat in puero: Dicit R. Jehuda: Puer eram, & eam legi coram R. Tarphon in Lud: Dixerunt illi. Puer eras; at non est testificatio in puero. Dicit Rabi: Contigit ut eam legerem coram R. Jehuda in Ussah: Dixerunt illi: Puer: Non est argumentum, eo quod fuerit permissum: Hinc & ulterius consuevit cœtus eam legere in domo congregationis: Bar Kaphra dicit: Legenda est coram mulieribus & pueris, quia ipsi quoque sunt in dubio: R. Jehosua ita faciebat, congregabat filios & domesticos suos, & coram illis legebat: Non legunt Megillah priusquam illuxerit sol: Scriptum est enim: *In die, quo confiderunt hostes Judæorum, ut dominarentur illis*; Et non circumcidebant. Scriptum est enim: *Et die octavo circumcidet carnem præputii sui*: Et non lavabant. Scriptum est enim: *Et sparget, & lavabit*: Sicut adspersio peragenda erat interdiu, ita pariter lotio interdiu: Unde probatur, quod adspersio peragenda esset interdiu? Ex eo quod scriptum est: *Et sparget mundus super immundum die tertio*: Omnes lavandi lavabant juxta eorum consuetudinem excepta menstruata, & puerpera, quæ non lavant nisi noctu. Menstruata, si præterierit ejus tempus, lavabit tam interdiu quam noctu: Exposuit R. Chijah bar Ba לצורייא Surajah: Menstruata si præterierit ejus tempus, lavabit tam interdiu quam noctu: Ibi dicimus; Vel si præterierit ejus tempus, minime propter socrum & nurum: Quandam mulierem ex familia sapientum nostrorum viderunt lavantem juxta consuetudinem suam interdiu. Dictum est; postquam præterierit tempus: Si menstruata coacta se laverit, R. Same nomine Rab, erit pura domui suæ, & impura puris. Rabi Elieser nomine Chanina; Impura tam domui suæ, quam puris. Sicut prima ex scientia, ita pariter secunda ex scientia. Unde probatur, de prima ex scientia? Ex eo quod dictum est: *Præcipiet sacerdos, ut lavent*: Ex scientia. Et nos vidimus sapientes, qui anticiparent intercalationem: R. Nachman nomine R. Mena: Præceptum anticipandum est, ut sit expeditus in præceptis.

Constitutio V. Totus dies legitimus erat

המגילה דכתיב ביום אשר שברו אויבי היהודים לשלוט בהם . לקריאת ההלל . דכתיב זה היום עשה יהוה נגילה ונשמחה בו . לתקיעת שופר . דכתיב יום תרועה יהיה לכם . לנטילת לולב דכתיב ולקחתם לכם ביום הראשון . לתפילת המוספין ולמוספים דכתיב ביום צותו את בני ישראל וגומר.

הלכה ו לסמיכה לשחיטה לתנופה להגשה לקמיצה להקטרה למליקה לקבלה להזייה דכתיב ביום צותו את בני ישראל.

הלכה ז כל הלילה כשר לספירת העומר . אמר רבי יוחנן דרבי אלעזר ברבי שמעון היא . דרבי לעזר בי רבי שמעון אמר מהחל לקצור תחל לספור . מעתה יצא לו חוץ לתחום כיון שחשיכה יתחיל לקצור . איפשר לו לכווין . לפיכך כל הלילה כשר . היה מקריב מנחת העומר וניטמאת בידו אומר ומביאין לו אחרת . ואם לאו אומר לו הוי פיקח ושתוק דברי רבי. רבי לעזר בי רבי שמעון אומר לעולם אומרים לו הוי פיקח ושתוק . שאין עומר שנקצר שלא למצותו כשר . סבר רבי לעזר בי רבי שמעון שאין העומר בא מן העלייה . אמר רבי יוחנן אתיא דרבי לעזר ברבי שמעון כשיטת רבי עקיבה רבו של אביו דתנינן תמן כלל אמר רבי עקיבה כל מלאכה שאיפשר לה להיעשות מערב שבת דוחה את השבת . והא תנינן מעשה שעברו יותר מארבעים זוג ועיכבן רבי עקיבה בלוד . מפני שהיו ארבעים זוג. אבל אם היה זוג אחד לא היה מעכבו . קצירת היום מה את עבר לה כקצירת הלילה או כבא מן העלייה . אין תימר כקצירת הלילה אשכחת אמר. הדא פלגו . בין רבי לעזר בי רבי שמעון ובין רבנן . דרבנן אמרין קצירת היום כקצירת הלילה. ורבי לעזר בי רבי שמעון אומר אין קציר היום כקצירת הלילה . אין תימר כבא מן

erat lectioni Megillah: Scriptum est enim: *In die quo confiderunt hostes Judæorum, ut dominarentur illis*. Lectioni Hallel: Scriptum est enim: *Hic est dies, quem fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea*. Clangori cornu: Scriptum est enim: *Dies clangoris erit vobis*: Samtioni palmæ: Scriptum est enim: *Et sumetis vobis in die primo*. Orationi addititiæ, & sacrificiis additiтiis: Scriptum est enim: *In die quo præcepit filiis Israel*.

Constitutio VI. Impositioni manuum, mactationi, ventilationi, admotioni, pugillationi, adolitioni, unguesectioni, acceptioni sanguinis, & adspersioni: Scriptum est enim: *In die quo præcepit filiis Israel*.

Constitutio VII. Tota nox legitima erat pro numeratione manipuli. Dicit R. Jochanan; quod hæc sit opinio Rabi Eliefer bar R. Simeonis; Etenim Rabi Eliefer discipulus R. Simeonis dicit: Quando incipit demessio, incipies numerare: Hinc si egrediatur extra terminum, quando obortæ fuerint tenebræ, incipiet demetere, impossibile est illi constituere: Idcirco tota nox est legitima: Si offerat munus manipuli, & polluatur in manu sua; dicit: Afferant aliud. Si minus, dicet: Prudens sis, & tace: Verba Rabi. R. Eliefer discipulus R. Simeonis dicit: Semper illi dicunt: Prudens sis, & tace; Etenim, si manipulus demetatur non juxta præceptum suum est legitimus: Putat Rabi Eliefer discipulus R. Simeonis, quod manipulus non possit afferri ex horreo. Dicit R. Jochanan: Sententia R. Eliefer discipuli R. Simeonis juxta sententiam R. Akiba magistri patris sui: Etenim ibi legimus: Regulam generalem dixit R. Akiba: Omne opus, quod fieri potest vespera Sabbathi, non pellit Sabbathum; & omne opus, quod fieri non potest a vespera Sabbathi, pellit Sabbathum: Atqui legimus: Contigit ut præterirent plusquam quadraginta paria testium, & eos retinuerit R. Akiba in Lud: Quia erant quadraginta paria; at si fuisset par unum, non retinuisset: Demessionem diurnam num consideras sicut demessionem nocturnam an sicut afferatur ex horreo? Si dicas sicut demessionem no&urnam, deprehenderis quod dicas; in hoc est dissensio inter R. Elieserem discipulum R. Simeonis, & inter sapientes: Etenim sapientes dicunt: Demessio diurna est sicut demessio nocturna; at R. Eliefer discipulus R. Simeonis dicit: Demessio diurna non est sicut demessio nocturna: Si dicas:

Quod

העלייה אשכחת אמר תרתין פלגון בין רבי לעזר בי רבי שמעון ורבנן דרבנן אמרי קצירת היום כקצירת הלילה . ורבי לעזר בי רבי שמעון אומר אין קצירת היום כקצירת הלילה . ורבנן אמרי הבא מן העלייה כשר . ורבי לעזר בי רבי שמעון אומר הבא מן העלייה פסול . רבי שמעון בן לקיש בעי קצירת העומר מהו שירחה את השבת ביום . התיב רבי אביי והתנינן מצותו לקצור בלילה . נקצר ביום כשר ודוחה את השבת . ולא קבליה . אמר רבי אחא חזר ביה רבי שמעון בן לקיש מן הדא. כיון שחשיכה אמר להן בא השמש אומר הין בא השמש אומר הין. מה אנן קיימין אם ללילה כבר הוא אמור . אלא אם אינו ענין ללילה תניהו ליום . דבר שהוא דוחה את השבת ביום מכשיריו מהו שידחו את השבת בלילה׳ והא תנינן העמידו עושי חביתין לעשות חביתן . תיפתר בחול. תנה רבי חייה בר ארא זהו סדר תמיד לעבודת בין אלהינו בין בחול בין בשבת . והא תנינן קצרוהו ונתנוהו בקופות והביאוהו בעזרה והיו מהבהבין אותו באור . כדי לקיים בו מצות קלי. אמר רבי יוסה מכיון שהתחיל במצוה אומר לו מרוק התיב רבי יודן קפודקייא קומי רבי יוסי הגע עצמך שבא מן העלייה כיון שלא התחיל במצוה אין אומרים לו מרק . התיב רבי יעקב בר סוסי קומי רבי יוסה והא תנינן שעל מהלך לילה ויום מחללין את השבת ויוצאין לעדות החדש. אמר ליה מכיון שהיום צריך ללילה והלילה צריך ליום כמי שכולו יום . אמר רבי יוסה בי רבי בון ולא למפריעו הוא קדש . מכיון שהוא קדש למפריעו הוא יום הוא לילה.

פרק שלישי

א בני העיר שמכרו רחובה של עיר לוקחין בדמיה בית הכנסת . בית הכנסת לוקחים תיבה . תיבה לוקחים

Quod consideretur quasi afferatur ex horreo. Deprehenderis quod dicas; In duobus est dissensio inter R. Eliesérem discipulum R. Simeonis, & sapientes; Etenim sapientes dicunt; Demessio diurna est sicut demessio nocturna; at R. Elieser discipulus R. Simeonis dicit: Demessio diurna non est sicut demessio nocturna: Et sapientes dicunt: Si afferatur ex horreo, erit legitimus: Et R. Elieser discipulus R. Simeonis dicit: Si afferatur ex horreo, erit illegitimus: R. Simeon ben Lakisch quæsivit: Demessio manipuli quid? Num pellit Sabbathum interdiu? Respondit R. Abaje: Atqui legimus; ejus præceptum est ut demetatur noctu; Si demetatur interdiu, erit legitimus, & pellet Sabbathum: At non accepit: Dicit R. Acha: hinc respondit R. Simeon ben Lakisch. Postquam obortæ erant tenebræ dicebat illis: Occiditne sol? Respondebat: maxime: Occiditne sol? Respondebat: maxime: Quomodo nos explicabimus? Si noctu, jam dictum est: Si non potest explicari de nocte, explicetur de die: Si res pellat Sabbathum interdiu, quæ illam disponunt, quid? num pellent Sabbathum noctu? Atqui legimus: Constituerunt facientes sartagines, ut facerent sartagines: Potest exponi de die profesto: Docet R. Chijah bar Ada: Hic erat ordo jugis in ministerio domus Dei nostri tam in die profesto, quam in Sabbatho: Atqui legimus: Demetebant illum, & perticis imponebant, & deferebant in atrium, & torrebant igne, ut in eo observaretur præceptum tosti. Dicit R. Jose: Postquam incepit in præcepto; dicunt illi: Perfice. Respondit R. Jodan Cappadox coram R. Jose: Considera, si afferatur ex horreo: Postquam non incepit in præcepto; Non dicent illi: Perfice: Respondit R. Jacob bar Susai coram R. Jose: Atqui legimus: Propter iter nocturnum & diurnum profanant Sabbathum, & egrediuntur ad testificandum de novilunio: Dixit illi: Quando dies est necessarius nocti, & nox diei, consideratur quasi sit totus dies. Dicit R. Jose discipulus R. Bon: Nonne inverso ordine sanctificatur? Quando inverso ordine sanctificatur, sive sit dies, sive nox.

CAPUT III.

I. Incolæ civitatis si vendiderunt plateam civitatis, emunt pretio illius domum congregationis, si domum congregationis, emunt arcam, si arcam, emunt linteum, si linteum, emunt

מטפחות. מטפחות לוקחים ספרים. ספרים לוקחים תורה. אבל אם מכרו תורה לא יקחו ספרים. ספרים לא יקחו מטפחות. מטפחות לא יקחו תיבה. תיבה לא יקחו בית הכנסת. בית הכנסת לא יקחו את הרחוב. וכן בהותריהן.

ב אין מוכרין את של רבים ליחיד מפני שמורידין אותו מקדושתו דברי רבי מאיר. אמרו לו אם כן אף לא מעיר גדולה לעיר קטנה.

ג אין מוכרין בית הכנסת אלא על תנאי אימתי שירצו יחזירוהו דברי רבי מאיר. וחכמים אומרים אותו ממכר עולם חוץ מארבעה דברים למרחץ ולבורסקי ולטבילה ולבית המים. רבי יהודה אומר מוכרין אותו לשם חצר והלוקח מה שירצה יעשה.

ד ועוד אמר רבי יהודה בית הכנסת שחרב אין מספידין לתוכו ואין מפשילין לתוכו חבלים ואין פורשין לתוכו מצודות ואין שוטחין על גגו פירות ואין עושים אותו קפנדריא שנאמר והשמותי את מקדשיכם קדושתם אף כשהם שוממין עלו בו עשבים לא יתלוש מפני עגמת נפש.

ה ראש חורש אדר שחל להיות בשבת קורים בפרשת שקלים חל להיות בתוך השבת מקדימים לשעבר ומפסיקים לשבת אחרת.

ו בשנייה זכור. בשלישית פרה ארומה. ברביעית החדש הזה לכם. בחמישית חוזרים לכסדרם. לכל מפסיקין לראשי חדשים לחנוכה ולפורים בתעניות ובמעמדות וביום הכיפורים.

ז בפסח קורים בפרשת מועדות שבתורת כהנים. בעצרת שבעה שבועות בראש השנה בחודש השביעי. ביום הכיפורים אחרי מות. ביום טוב ראשון של חג קורים בפרשת מועדות שבתורת כהנים ושאר כל ימות החג קורים בקרבנות החג.

ח בחנוכה בנשיאים. בפורים ויבא עמלק. בראשי חדשים ובראשי חדשיכם. במעמדות במעשה בראשית. בתעניות ברכות וקללות. אין מפסיקין בקללות אלא אחד קורא את כולן. בשני ובחמישי ובשבת במנחה קורין כסדרן

emunt libros, si libros emunt legem; at si legem vendiderint, non emunt libros, si libros, non emunt linteum, si linteum, non emunt arcam, si arcam, non emunt domum congregationis, si domum congregationis, non emunt plateam: sic etiam quoad residua.

II. Non vendunt uni, quod multorum est, eo quod illud faciunt descendere a sanctitate sua; verba R. Meir: Dixerunt illi: Si ita est, neque a civitate magna ad civitatem parvam.

III. Non vendunt domum congregationis nisi cum conditione, ut possint restituere, si velint; Verba R. Meir: Sapientes dicunt: Vendunt eam in perpetuum, quatuor rebus exceptis, sc. balneo, officina coriaria, lavacro, & domo aquæ. R. Jehuda dicit: Vendunt eam nomine atrii, & emptor de ea faciet, quod sibi libuerit.

IV. Præterea dixit R. Jehuda: Si domus congregationis destructa fuerit, in ea non lugent, neque suspendunt in ea funiculos, neque retia in ea extendunt, neque in tecto ejus fructus expondunt, neque compendium viæ ad eam faciunt; Dictum est enim: *Et vastavi sanctuaria vestra;* Remanet etiam eorum sanctitas, quando fuerint devastata: Si creverit in ea herba, non evellet eam propter anxietatem animi.

V. Si novilunium Adar incidat in Sabbathum, legunt in sectione de Siclis; Si incidat in mediam septimanam, anticipant Sabbatho antecedenti, & interrumpunt pro Sabbatho sequenti.

VI. In secundo legunt: *Recordare.* In tertio: *Vacca rufa.* In quarto: *Mensis iste vobis.* In quinto redibant in ordinem: Pro omnibus interrumpebant, in noviluniis, in Canucah, & Purim, & in jejuniis, & in stationibus, & die expiationum.

VII. In Paschate legunt in sectione solennitatum in Levitico: In Pentecoste: *Septem septimanæ.* In principio anni: *In mense septimo:* In die expiationum: *Post mortem:* In die primo festo Tabernaculorum legunt in sectione solennitatum in Levitico, & in reliquis omnibus diebus Tabernaculorum legunt in sacrificiis Tabernaculorum.

VIII. In Canucah legunt in principibus: Et in Purim: *Et venit Amalech.* Et in noviluniis. *Et in noviluniis vestris:* In stationibus in opere creationis. In jejuniis benedictiones, & maledictiones: Non interrumpunt ad maledictiones; sed unus eas legit omnes; die secundo, & quinto & vespera Sabbathi legunt juxta ordinem, & non intrant

in

ואינו עולה להם מן החשבון . שנאמר וידבר משה את מועדי יהוה אל בני ישרא׳ מצותן שיהו קורין כל אחד ואחד בזמנו .

סליק פירקא

הלכה א בני העיר שמכרו רחובה של עיר כו׳ . אמר רבי יוחנן דרבי מנחם בי רבי יוסה היא . דרבי מנחם בי רבי יוסה אמר רחובה של עיר יש לה קדושה שכן מוציאין ספר תורה וקורים בו ברבים. ברם כרבנן עשו אותו בהרחק ארבע אמות רבי ירמיה רבי שמואל בר חלף בשם רב ארא בר אחוה המתפלל לא ירוק עד שיהלך ארבע אמות . אמר רבי יוסה בי רבי בון וכן הרוקק אל יתפלל עד שיהלך ארבע אמות . תני המתפלל לא יטיל מים עד שיהלך ארבע אמות . וכן המיטיל מים אל יתפלל עד שיהלך ארבע אמות . אמר רבי יעקב בר אחא לא סוף דבר עד שיהלך ארבע אמות . אלא אפילו שהא כדי הילוך ארבע אמות . אם אומר את עד שיהלך ארבע אמות יהא אסור . אף אני אומר אחר בא והטיל שם . כיישנאי שאלון לרבי אימי מהו ליקח אבנים מבית הכנסת זו ולבנות בבית הכנסת אחרת . אמר לון אסור . אמר רבי חלבו לא אסר רבי אימי אלא מפני ענמת נפש . רבי גוריון אמר מוגדלאיי שאלון לרבי שמעון בן לקיש מהו ליקח אבנים מעיר זו ולבנות בעיר אחרת . אמר לון אסיר . הורי רבי אימי אפילו ממזרחה למערבה אסור מפני חורבן אותו המקום . מהו למכור בית הכנסת וליקח בית המדרש . מילתיה דרבי יהושע בן לוי אמרה שרי . דאמר רבי יהושע בן לוי וישרף את בית יהוה זה בית המקדש . ואת בית המלך זה פלטין של צדקיהו . ואת כל בתי ירושלם . אילו ארבע מאות ושמונים בתי כניסיות שהיו בירושלם . דאמר רבי פינחס בשם רבי הושעיה ארבע מאות ושמונים בתי כנסיות היו בירושלם וכל אחת ואחת היה לה בית ספר ובית תלמוד בית ספר למקרא ובית

in computum : Dictum est enim : *Et locutus est Mose solennitates Domini ad filios Israel :* Eorum præceptum est, ut legant singula in tempore suo.

Finis capitis.

CONstitutio I. Incolæ civitatis, si vendant plateam civitatis &c. Dicit R. Jochanan; Hæc est opinio Rabi Menachem discipuli R. Jose : Etenim R. Menachem discipulus R. Jose dicit : Plateæ civitatis est sanctitas, quia educunt librum legis & ibi legunt in cœtu. Profecto juxta mentem sapientum considerant ipsam quasi distantem quatuor cubitos. R. Hieremias, R. Samuel bar Chalaph nomine R. Ada filii fratris sui: Si oret, non conspuet, donec recedat quatuor cubitos. Dicit R. Jose discipulus R. Bon; & similiter si conspuat, non orabit, nisi recedat quatuor cubitos: Traditio : Si oret, non reddet urinam, nisi prius recedat quatuor cubitos : Et similiter si mingat, ne oret nisi prius recedat quatuor cubiros : Dicit R. Jacob bar Acha : Non erit rei finis, donec recedat quatuor cubitos : At vel si recedat quatuor cubitos : Si dicas donec recedat quatuor cubitos, erit interdictum. Ego quoque dico, postquam recessit, & ibi mingat: Basanienses quæsierunt a R. Amme : Quid ? Num possunt sumi lapides ab hac domo congregationis, ut ædificentur in alia domo congregationis ? Respondit illis : Est interdictum. Dicit Rabi Cholbo : Non interdictum Rabi Amme nisi propter dolorem animæ. R. Gorion dicit : Migdalienses quæsierunt a R. Simeone ben Lakisch : Quid? Num possunt sumi lapides ex civitate, ut ædificentur in alia civitate? Respondit : Est interdictum. Docet Rabi Amme : Vel ab oriente ad occidentem est interdictum propter excidium ipsius loci : Quid ? Num potest vendi domus congregationis, ut ematur domus scholæ? Sententia R. Jehosua ben Levi permittit. Etenim dicit R. Jehosua ben Levi: *Et combussit domum Domini :* Hæc est domus sanctuarii : *Et domum regis :* Hoc est palatium Sedekiæ. *Et omnes domos Hierusalem :* Istæ sunt quadringentæ & octoginta domus congregationum, quæ fuerunt Hierosolymæ: Etenim dicit R. Pinchas nomine R. Osajah : Quadringentæ & octoginta domus congregationum fuerunt Hierosolymæ, & singulis erat domus libri, & domus doctrinæ; domus libri pro scriptura sancta, & domus doctrinæ pro Misna; Et om-

תלמוד למשנה . וכולהם עלה אספסיינוס .
ואת כל בית הגדול שרף באש . זה
מדרשו של רבן יוחנן בן זכאי ששם היו
מתנין גדולותיו של הקדוש ברוך הוא כנון
ספרה נא לי את כל הגדולות אשר עשה
אלישע . רבי שמואל בר נחמן בשם רבי
יונתן הדא דאת אמר בבית הכנסת של
יחיד. אבל בבית הכנסת של רבים אסור .
אני אומר אחד מסוף העולם קנוי בו,
והא תני מעשה ברבי אלעזר בי רבי צדוק
שלקח בית הכנסת של אכסנדריים ועשה
בה צרכיו . אלכסנדריים עשו אותה משל
עצמן. עד כדון בשבנייה לשם בית הכנסת
בנייה לשם חצר והקדישה מהו. נישמעינה
מן הדא קונם לבית הזה שאיני נכנס ,
ונעשה בית הכנסת . הדא אמרה בנייה
לשם חצר והקדישה קדשה אימתי קדשה
מיד או בשעת התשמיש , נישמעינה מן
